

N.º 22.

Q. B. E. P. C. A. I. D.

ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑ,

SIVE

DE

PRINCIPIIS

PRIMIS,

DISPUTATIO PHILOSOPHICA,

Quam,

DIVINA ADFULGENTE GRATIA,

EX permisso Ampliff. FACULT. PHIL.

In inclyto & Regio Lycéo Aboénsi,

Sub

MODERAMINE,

Domini,

M. CHRISTIERN:

A L A N D R I

Eloq. Prof. Celeberr. h.t. Rectoris

Magnifici.

Publicæ honorum censura offert,

SIGFRIDUS BRUMERUS,

Helsingf. Nyl.

In Aud. Max. ad d. 13 Decemb. A. 1699.

Impr. apud Jo. LAURENT, WALLIUM,

Prætoribus ex vene

*Admodum, Plurimumq; Reverendis,
Humanissi*

DN. M. A R V I D O A L O P Æ O,
Civitatis & Parœciæ Borgoënsis Pa-
stori meritissimo, adiacentiumque
Ecclesiarum Præposito Gravissimo.

DN. P E T R O S E R L A C H I O, Pastori
& Præposito Pernoënsium celebratis-
simo.

DN. S V E N O N I B R E N N E R O, Pastori
in Esbo vigilantissimo.

DN. J O H A N N I K ö n i g / Pastori in
Sibbo æstumatissimo.

DN. G U S T A V O W i j n b l a d / Sacel-
lano in Sibbo solertissimo.

DN. E R I C O B R O S E R O, Conrectori
Helsingf. ob vigilantiam præstantissimo.

DN. E R I C O A L B O G I O, Sacellano
Borgoënsi laudabili.

*Mæcenatibus & Patronis Magnis, Promotori
fautoribus honoratissimis, quavis animi
quam non honoran*

PACEM DEI ET EXQUISITAM MULTO

ando Clero Nyland:

*Clarissimis, Reverendis, Doctissimis
misque Dominis*

DN. M. ANDREÆ IGNATIO,
Civitatis & parœciæ Helsingforsensis
Pastori & Præposito longe dignis-
simo.

DN. M. GEORGIO Kijhl/ Pastori
& Præp. in Jämsbå laudatissimo, ante
aliquot annos Præcep. meo fidelissimo.

DN. FABIANO GUDSEO, Pastori de
Lappträsk optime merito.

DN. JOHANNI Gråå/ Pastori in
Pyttis fidelissimo.

DN. NICOLAO Buz/ Sacellano Hel-
singforsensi honoratissimo, Informa-
tori ante aliquot temp⁹ maximè fidei.

DN. CARSEN Backman/ Sacel-
lano in Helsing Solertissimo.

DN. JUSTO TOTILIO, Sacellano in
Berno pervigili.

*bus Exoptatissimis, Evergetis benignissimis
reverentia & omni officiorum cultu, nun-
dis, & colendis:*

RUM ANNORUM FELICITATEM!

Scientiis, earumque Principiis
si modo genuina sint,
ut esse debent

Omni, merito, nisu incumbendum esse,
svadet, rerum autoritas,
monet nostra ad errandum propensio,
impellit menti humanæ connata inscitia,
ut iis ergo quilibet operam navet,
non inter otia,
sed semper cum cernitur, nil nisi his in-
vigilare, otium esse.

Hæc proinde meditatio,
ansam dedit mihi,
ingenii licet rudioris,
consarcinandi verius, quam conscribēdi,
præsens meletema,
existimanti, & eum non male offi-
cio defungi,
qui,

licet non efficiat, quantum vult,
affectat tamen facere, ut nolit non
effecisse.

Confeci ergo,
conficiendo, desiderans,
pacem ab iniquis,
gratiam ab æquis,

cenſuram à candidis ,
Sed vero & gratiam, & cenſuram, &
cuncta meliora
à Vobis, Ad plurimum ^{Reverendi} Conſpicui,
~~Soci~~ſſimiq; Domini,
queis, has ingenii mei primitias,
in ſignum benevolentia non vulgaris,
erga Muſas,
earumque cultores aſſiduos,
inq; debitam beneficiorum memoriam,
teſſeram pietatis ac obſervantia,
Spemq; ulterioris favoris & benevolentiæ,
cum calidiſſimis ad Deum ſuſpiriis,
pro veſtra incolumitate perpetua,
Submiſſè & obſervanter
dedicatas, oblatas, conſecratas
volui

VESTRORUM NOMINUM

*Humiliſſimus & obſervantiſſimus
cultor*

Sigfr. Brumerus.

Reverendiss: in CHRISTO Patri ac Domino,

DN. PETRO LAURBECCHIO,
S.S. Theol. Doctori consummatissimo,
Diœceles Wiburg. Episcopo Eminen-
tissimo, Consistorii Ecclesiastici Præsidi
Amplissimo, Gymnasii Regii & Schol. in
dictâ Diœcesi Ephoro Gravissimo, ut
Mæcenati meo Maximo, ita summo
reverentiæ zelo perpetim
devenerando.

Nec

Admodum Reverendis ac Præ-

DN. MATTHIÆ MARTINIO,
S.S. Theol. Lectori dexterrimo, Consistoriiq;
Adlessori accuratissimo, Pastori & Præposito
in Sâcti Jânsvi longè meritissimo, Mæcenati
ac Promotori, nulla non veneratione sub-
missè observando.

DN. JACOBO PRINTZ.
Historiarum ibidem Lectori laudatissimo,
Consistorii Adlessori æquissimo, Promotori
pariter maximè honorando.

DN. M. ERNEST GESTRINIO,
Græcæ Linguae Lectori dignissimo, Promo-
tori ac Evergetæ nullo non tempore quibus-
vis officiis suspiciendo.

SALUTEM & PACEM

DN. M. PETRO CARSTENIO,
Diœces. Wiburgensis Archi- - Præpo-
fito & Templi Cathedralis Pastori cele-
berrimo, nec non Consistorii Adfessori
graviffimo, ut & S. S. Theol. Lectori
Primario, Ampliffimo, Patrono meo
Magno, perpetua animi submissio-
ne colendo..

NON

Clariffimis Viris ac Dominis

DN. M. NICOLAO LIMATIO,
Dicit Gymnafii Mathem. Lectori ingento-
iffimo, Confistoriique Adfessori laboriofi-
fimo, ut Mæcenati ac Promotori indubita-
tiffimo, ita omni officiorum genere humiliter
profequendo.

DN. M. ANDREÆ HEINRICIO,
Eloquentiæ Lectori vigilantiffimo, Confi-
stori Adfessori obfervatiffimo, Evergetæ ac
Promotori multis nominibus venerando.

DN. M. ERICO BRUMERO,
Logices & Physices Lectori ibidem pervigili,
ut fratri meo dilectiffimo, ita fraterno adte-
ctu ad extremum vitæ haticum colendo.

à DEO T. O. M!

Præmia quæ tulerit modo visio
cæca Deorum,
Protinus ut cernit nostra Tha-
lia tremens,

Ambiguo multum curarū fluctuat æstu,
Audeat an vestrum forte subire jubar.
Eusebiæ Doctor, Præsul, venerande tiarâ,
Afflictis rebus portus & arâ meis.
Vos reliquique loco multum Clari, Re-
verendi,

Fautores Magni, Præsidiumq; meum.
Inculto nimium cum sit vestita cothurno,
Muneris exigui conscia quodq; venit:
Quærat an in latebras potius se condere
cæcas,

Ut sit ab horrendo fulmine tuta jovis:
Gratia vestra tamen subeat cum pectora
nostra,

confidit tantis charta placere viris.
Vester enim in Musas favor est super æ-
thera notus,

Quæ toties Phœbi sensit abunde chorus.
Incipit afflictis, melius confidere rebus,
Ut modo non dubitet, prima pericla sui,
Sistere jam vestris oculis, Magni favitores,
Tessera quò justæ sit pietatis ea, Ad-

Adspiciant igitur faciles mea dona
Patroni

Et placeat tantis nostra Thalia viris.
Munera, quæ placeant tantum Pietate
Datoris,

Cū non sint tantis munera digna viris.
Scilicet illa inopem referunt male culta
datorem

Quē pressum torquent tēpora dura diu.
Prospera quod maneant hæc si sua vota
petentem,

Affiduis precibus, fata secunda peret,
Nestorios annos, ut & omnia fausta
Patronis.

Queisq; Cliens | humili serviet utq; fide.

REVERENDIS. IN Christo Patris,
Vestrarumq; Adm. Plurim. Reverend.
& Clariss. dignitatum

*Devotissimus & infinitis modis
addictissimus cultor*

Sigfr. Brumerus.

In disputationem de PRINCIPIS,
naturâ & virtute præstantis Dn.

SIGFRIDI BRU-
MERI,

amici optimi.

Solibus hæc nitidis, fuerant non cognita
nulli,

*Quæ nunc dura, gelu, canaque bruma
tegit.*

Anne pater causa est an fors consulta futuri?

A bruma nomen contigit esse tibi.

Illæ tegit, sed tu retegis, tentasque aperire,

*Quæ, natura parens, mystica, nocte præ-
mit:*

De quibus ille Lycei Rex male litigat atq̃

De Perron dominus, sævagæ bella movent.

Ergo si tantas poteris componere rixas

Quo non sit melior, tute sequester eris.

negotiosus valde, scripsit

CHRISTIERN ALANDER.

RECTOR Acad.

Dum

Prima Intelligendi *Principia* ex *affinitate*
rerum arcesseret,

Eaque publice Disputando adsereret,
Vir - Juvenis, *modesta* piaque *Erudi-*
ditione insignis,

DN. SIGFRIDUS BRUMERUS:

Nonne vagabundus toto discursu
fitat orbe,

Quisquis amat *limis Vera* videre
oculis?

Non ampullatur, cui stat *proportio*
rerum

Pro norma; normat quæ cyno-
sura fatis.

Amicitia ergo fest. posuit

A. WANOCHIUS

S.S. Theol. Prof.

Adolescenti,
*Ut egregiæ indolis & multæ industriæ,
Sic optima quoque expectationis,*

DN. SIGFRIDO BRUMERO,
De PRIMIS PRINCIPIIS,
necessariis & veris, verè disputanti,

Certa Tui capiunt Musæ documenta
vigoris,
Multaq; doctrinæ semina sparsa
ferunt:

Publica fama simul dotes animi cele-
brabit,

Et læto plausu gaudia nec Charites
Testari cessent, Athletam Temet amœnū,
Quod quatientem nunc Musica rostra
vident.

Inde tibi tandem vigilatæ præmia noctis,
Atque indefesso digna labore dabunt,
Auguror hoc etenim, nec spes sic fallitur.

At Tu
I felix, quò Te ducit Apollo Tuus!

*Ab optimo animo, licet occupatus,
gratulari cupit*

AND. CHYDENIUS.



CAP. PRIMUM.

De Existentia, Æquivocatione & Definitione Principiorum Primorum.

§. PRIMUS.

De Existentia Principiorum Cognoscendi Primorum, licet quis dubium aliquod movere haudquaquam queat, sine infinitatis, à qua & natura & mens nostra abhorret, introductione, in progressu cognitionis nostræ (si enim non darentur Principia aliqua Prima, in quæ ultimo omnis conclusio esset resolvenda, tum utique necessariò sequeretur easdem conclusiones in infinitum extendi posse, quod absurdum) imò vel sine pugnâ cum conscientia suæ in semet evidentissimo testimonio, quippe quæ manifestè docet, ejusmodi veritatis semina menti humanæ naturâ infixâ esse; necessum tamen habemus fateri nos fundatam

& firmiorem eorundem P. P. cognitionem
 & assensum, per solum illud naturale lumen,
 sine accessu alicujus habitus habere non pos-
 se, propter ingentem illam imbecillitatem,
 quam, proh dolor! propriâ contractam cul-
 pã, etiam in intellectu nostro circa veri
 cognitionem sentimus, quem habitum pro-
 inde Græci Νοολογίαν, nonnulli etiam per
 tropum *robur mentis* vocant, P: enim P:
 sunt robur illud cognitionis humanæ, quo
 confisi, verè possumus dicere: *nulli cedo.*)
 Et licet mens nostra, cognitio hisce Principiis
 statim, iis ad assensum citra discursum præbeat
 demonstrativum, nec induci queat aliquo habi-
 tu, ad concipiendum assensum, quem Primis
 Principiis dat quoad *substantiam actus*, non a-
 liter quam sine superaddito habitu, aut *Gno-
 stologico*, naturaliter cognoscit, aut *logico*,
 per naturam differit; tamen, quia, quemad-
 modum illa cognitio P. P. licet non demon-
 strativa, si tantummodo certa & indubitata
 sit futura, ceu decet & oportet fundamen-
 talem cognitionem esse, non potest fieri sine
 animadvertione eorundem in *Convenientia
 rerum* (ut enim *omne cognoscibile rationis
 lumine, fundamentum agnoscit naturam, seu
 collectionem omnium quæ in mundo sunt*, sic
 etiam notitia P. P. habitualis acquisita,
 quæ

quæ præcedit universalissimas quoque conclusiones Metaphysicas, aliunde haberi haudquidquam potest, quam ex advertentia affinitatis in rebus conspicuæ, quippe quæ etiam unice præcedit communissimam essendi rationem Metaphysicæ subjectam, cum ea præscindi nequeat, nisi inuitu cognationis rerum omnium) unde propterea *intellectus agens*, mediantibus *speciebus intelligibilibus* Principia Prima intimius eruit, erutaque exactius considerat, & accuratius examinat, ad quod plures requiri actus, tam notum est, quàm quod notissimum; Ita habitus eorundem Princip. Primorum necessarius est ad assensus promptitudinem & facilitatem atque jucunditatem, sine errore periculoque lapsus, sicut habitus *Gnosticus* requiritur ad bene h. e. promptè adæquatè & distinctè cognoscendum, *logicus* vero ad expedite differendum cum erroris immunitate atque oblectatione, (sunt enim habitus nihil aliud quam facilitates quædam, ad vincendam difficultatem, quam potentia naturalis in actibus suis experitur, comparatæ.) Cum ergo talem Princip. Primorum cognitionem præsentis discursu, paucissimis, pro ingenii mei rudioris captu, auspicio Divino, delineare decreverim, tuam interea B. L. obtestor æquaminatam, ut

pro eo, quo es candore, ea quæ in summè ardua hac materia, pro mea imbecillitate explicare tentavero, in meliorem interpreteris partem, *eam vel voluisse in magnis sat sit.*

§. II.

Quamvis verò in operosâ, à suis fontibus diductione vocum, loco tituli in fronte dissertationis hujus appositarum, haud quidquam ineptè curiosus esse velim, tamen non possum non admonere, mihi *de Principiis Cognoscendi primis*, simplicissimam adornanti disquisitionem, non esse sermonem 1. De Principiis *reduplicativè* talibus, sive quatenus *precisè sub idealis representationis formali*, sistuntur in *Metaphysicis ens paronymicè denominantes*, ut cum oppositis, ea scilicet quorum sunt *Principia*, ejus exhaurientes latitudinem; nec 2. De Principiis *essendi*, quæ, vel quoad *generationem*, vel *procreationem*, vel *conservationem* alterius aliquem præstant influxum, sive *causalem* sive *non causalem*; sed 3. De Principiis *cognoscendi*, quæ faciunt ad rerum perceptionem, & ex quibus, tanquam notioribus, minus notæ conclusiones elucescunt; non tamen 4. *incomplexis*, aut iis (a) quorum signatam notitiam sibi pariter vendicat *Metaphysica*, qualia sunt termini simpli-

plices, à quibus in cognitionem aliorum deducimur v. g. effectorum per causas, subjectorum per proprietates & vicissim: vel etiam (β) illis, quæ in *Gnostologicis* tradi solita, *principia essendi cognitionis humana*, sive *cognoscibilis* vocari siveverunt; atque per *analogiam*, divisa deprehenduntur, à Magni nominis Philosophis, in *Interna* quæ sunt *objecti materiale*, alias *entitas*, atque *formale*, seu *scibilitas*, & *Externa*, quæ vel (α) *constitutiva*, sive *excitantia* primò cognitionem, ut: *finis*, & *intermedius*, *γνώσις*, & *ultimus*, gloria DEI; nec non *efficiens*, tam *impellens*, isque sive a *parte rerum*, earum nempe varia elegantia, & elegans varietas, sive a *parte nostri* infinitum, puta, sciendi desiderium, ex admiratione profluens, ob connatas inscitix tenebras; quam *agens* vel *princeps*, videlicet, intellectus: vel *medium remotius*, ut: sensus, cum suis requisitis, observatione, experientia, inductione; vel *medium propius*, tam *productionis*, ut abstractio; quam *apprehensionis*, ut: conceptus, vel *conservativa*, seu cognitionem excitatam promoventia, ut: (α) *disciplina*, cui loco fundamenti atque simul termini, est *objectum*, tam, quàm *suum materiale*, rem scilicet consideratam, quàm *formale*, sive modum con-

sive

siderandi, idque & ut *res est*, qui entitatis est
 formalitas, & ut *objectum*, qui scibilitatis; nec
 non (b) *habitus intellectualis*; sed 5. De
Principiis cognoscendi complexis, inque actu si-
 gnato expensis; non tamen 6. *Ortis*, sive
 particularibus & secundis, sed universalissimis,
 communibus & primis; nec 7. *Supernatura-*
libus, quæ scilicet ex singulariter gratiosa
 Sp. S. per verbum DEI illuminatione, ema-
 nant; sed *naturalibus*, quæ videlicet ex col-
 latione omnium in hujus universi amphithea-
 tro existentium, limpidissimo velut rivo flu-
 unt; nec tandem 8. *ex hypothesis & convention-*
talibus, ad conclusionem formandam, ceu
 Principia adhiberi solitis, qualia plurima in
 Mathefi reperiuntur; sed de iis, quæ *per se talia*
ἐννοούμενα, natura sua semper ad conclusionem
 faciunt; in quo significato eadem, Græcis di-
 cta sunt; *κοινὰ ἔννοιαι*, s. *notitiæ communes*,
 quia quoad fundamentum, cuius homini,
 cum mente existunt connata, adeo ut mens
 nec plane sit similis tabulæ nudæ, nec rasæ sed
 quasi naturæ mediæ; item *ζώπυρα τῆς ἀληθείας*,
semina veritatis, quia cuius complexæ ve-
 ritati initium præbent, apud *Latinos* verò
 veniunt nomine 1. *Dignitatum & honorari-*
orum axiomatum, cum fidem adeo ex se ha-
 be

beant, ut quidquid fidei in particularibus existit effatis, eam ab illis habeant mutuatzm. Arist. lib. 1. Post. Anal. 3. 2. *Terminorum*, siquidem tanquam ultima γνώσεως, adeò intellectum humanum determinant objective, ut ad ulteriorem rationem tendere non possit. 3. *Primorum cognitorum & veritatum*, idque partim *negative*, quia ante se nihil habent, quo cognoscantur; nec ipsarum veritas ex alio priori probatur; partim *positive*, cum ad cognitionem aliorum faciunt iustar luminis, non minus extrahentis conclusiones, ab inscitia quasi tenebris, in prospectum claritatis, quam intellectum ad intelligendum confortantis, quod prius scire non potuit. 4. *Definitionum primarum* (vocabulo sc. definitionis in sensu reali, pro complexo termino supponente) & *propositionum immediatarum*, atque *per se notarum*, idque propter negationem probatōnis, ex evidentia eorum profluentem, cum ante omnem discursum demonstrativum apud omnes assensum mereantur, licet non raro coram imperitis & minus exercitatis, explicationem patiantur; unde talem in communi spectata sistunt sui Definitionem. §. III.

Prinicipia prima complexa, sunt Principia cognoscendi, ex Convenientia Rerum, per in-

intellectum eruta, quibus originaliter, omnis conclusio disciplinæ, in humanis, debetur; in quâ descriptione, cum subjectum modo paucis explicuerim, prædicatum proinde conceptibus quidditativis, contrahibili scilicet, & contrahenti, inclusum, heic tantummodo verbo observandum existimo, ille per vocabularum Principia cognoscendi, indigitatur, nam Principia cognoscendi, sine addita limitatione, ut sua latitudine exhauriunt, & eadem sic dicta incomplexa & complexa, eaque tam prima, quam e primis orta, ita quoque de omnibus illis essentialiter prædicantur; hunc autem potissimum insinuant 4. Cause; nempe 1. Efficiens; quæ (præsupposito DEO, tanquam causa universalis, cum ob efformationem convenientiæ in rebus conspicuæ, unde primæ illæ veritates fluunt, tum benignam concessionem facultatis eruendi ex Conv. R. illa principia) est potentia intellectiva, quæ juxta communem opinionem, per species sui representativas, velut media ex parte sui, quæ intellectum agentem, actu præcedente primarum illarum veritatum phantasmata ad se, ex Conv. Rerum deducta, imprimis per sensus externos, species inde impressas deferentes ad sensum communem, de receptis speciebus judicantem, atque sensibilia propria a se invicem

& à communibus discernentem, indeq; eadem *Phantasia* communicantem; ad ulteriorem & exactiorem per species spiritualiores Phantasticas pensulationem, ab impuritatibus suis multivariis materialibus & individuantibus, collato, *lumine objectivo* de purat & illustrat; quâ *intellectum* vero *patientem*, ad formalem promotionem conceptus Primorum Principiorum, eadem ab intellectu agente effectivè intelligibilia facta, & per *species impressas* naturæ suæ congruas recipit, & beneficio *idearum impressarum*, quæ ab *abstractione* fiunt, actum P. P. intelligendi elicit, legitima earundem ordinatione, ponderatione & dijudicatione, elicitumque recipit; quod tamen intelligendum venit non de P. P. *constitutione materiali*, nam sic menti inhaerent quadantenus innatæ, ab ipsa naturâ, unde habitus eorum dicitur naturalis *inchoative*, nam actus per quos acquiritur, non sunt *compositi* aut *discursivi*, (dirigit enim habitus Primorum P. S. Noologia ἀρχιπικτωνικῶς, secundam mentis operationem, sicut *Gnostologia primam*, & reliquæ disciplinæ scientificæ, inter quas *Metaphysica* primatum obtinet, *tertiam*) sed simplices, idque ideo quia sola terminorum, quibus constant principia illa, penetratione immediate ex ipso lumine naturæ profluunt, quamvis prompti-

tudo actuum istorum augmentum ab habitu accipiat; sed de *formali P. P. deductione* atque *manifestatione*, nam v. g. mens audiens Primum Principium: *Impossibile est idem simul esse & non esse*, statim reflexione facta super res, in quibus evidentiam principii istius contemplatur, ita ut ex illa reflexione super res particulares facta, certitudinem habeat exquisitam veritatis, quam illud principium in se continebat, sine tamen medio termino ad istam evidentiam probandam aliunde adhibito, unde habitus Primorum Pr. alium non excludit discursum, quam demonstrativum.

2. *Causa materialis objectiva*, quam hic sistit, vox *Conv. R.*; definiti solita per *respectum*, (nam *Convenientia Rerum* terminatur aliorum, res scilicet ad rem, Creator ad Creaturam, & reciprocè, quin & creatura ad creaturam) *realem* (quia nullo hominum cogitante entia intercedit) *transcendentalem* (etenim, vel *essendi nobilitate*, *eminentiâ & sublimitate*, vel *prædicationis communitate & latitudine*, prædicamenta transcendit) *consistentem in affinitate quadam* (est enim relatio, scilicet transcendentalis (α) cujus *subiectum*, sunt *entia omnia*, quatenus convenientiam quandam habent inter se; cum quo coincidit (β) *terminus* quoque *relationis* hujus primarius, scilicet ens

emi-

eminentissimum & ἀπλῶς perfectum, *secundarius*, Creatura; (γ) *fundamentum*, affinitas sive proportionalitas eorum ad se invicem; (δ) *ratio fundandi*, actualis collatio proportionalitatum; (ϵ) *terminus motionis*, P. P. productio) *quæ res omnes* (tam Creator quam creatura, tam quæ actu sunt, quam quæ, vel fuerunt vel certo sunt futura) *nec omnino sibi dissimiles* (nam sic daretur omnium rerum identitas) *nec plane similes* (cum eo modo res è statuentium deturbarentur in statum non entium, unde datur in Rerum affinitate *diversitas ratione propriæ quidditatis, cum convenientiâ respectu communis entitatis*) *deprehensæ P. P. cognosc. complexa gignunt*; nam intellectui agenti occupato, circa Conv. R. sub formali deducendorum inde P. P., illa Conv. R. utique sese per modum *materiæ* habet *objective*, unde limpidissimo velut rivo fluit; *talia esse constituenda P. C. Complexa, qualia permittit affinitas & proportionalitas rerum.* 3. *Causa formalis*, cum quâ coincidit etiam, 4. *Finalis*, quæ consistunt *in originali productione, omnium conclusionum disciplinarium, in humanis sive naturalibus* (disparem enim præ se ferunt rationem conclusiones in Theologicis & spiritualibus, quippe quæ è libro scripturæ petitæ, tanquam ἀρχαίω principio, non nituntur

ratiocinatione aliquâ humanâ, sed sola revelatione divinâ, licet *illa huic* adminiculum præbeat & servitium, partim in *καταγωγή* ad Ecclesiam, partim etiam in sanæ doctrinæ Divinæ explicatione, & errorum omnium circa eandem refutatione) ut tamen *respectus cum principiati illatione*, circa conclusiones in scientiis particularibus occurrentes, non sit *immediatus*, nam illæ conclusiones proximè principiis secundis ac scientiæ cuique propriis nituntur.

CAP. SECUNDUM,

De Affectionibus Principiorum Primorum,

§. PRIMUS.

Sed antequam ad divisionem P. P. pedem moveam, non inconsultum arbitror, de *Affectionibus* eorundem, ex iis quæ prius dicta sunt, ultro velut sese offerentibus, quædam, quâ fieri potest brevitate, præfari; quas proprietates, licet *παρονομασ* De Principiis Primis prædicari aptas natas, sicut *vere demonstrabilis*, ita ptoprie dicta accidentia esse, repugnat *simplicitati P. P.*, proinde *simplici intelligentiâ*, non *demonstratione*, apprehendendæ; ita tamen easdem rectè venire nomine *concepti-*

ceptibilitatum aut habitudinum essentialiter P. P. consequentium, eademque cum reciproca-
 tione quadam denominantium, non dubito, siquidem non re, aut in sensu reali, sed ra-
 tione & in sensu formali, solum, à P. P. distin-
 ctæ sunt, modisque igitur à suo subjecto re-
 aliter distinctis, per proportionem responden-
 tes, æque latè patent cum P. Primis. Quales
 proinde sunt. 1. Veritas, illud scilicet Primo-
 rum P. attributum, quod in applicatione eorun-
 dem, ad res omnes, quorum notitia à natu-
 ra haberi potest, errandi periculum ab ani-
 mo discutit, propter absolutissimam illorum,
 cum iisdem rebus, congruentiam; nam quem-
 admodum veritas in genere, conceptum
 convenientiæ indicat, ita veritas complexa,
 convenientiam cum objecto refert, quod nempe
 à parte rei ita sese habeat res objecta;
 prout enunciatione profertur, & porro cum
 omnis cognitio, cujus anima quasi est ipsa ve-
 ritas, in humanis ab his dependeat principiis,
 utique eadem veritate absolutissima munita es-
 se oportet, juxta illud tritum: propter quod u-
 num quodque tale est, illud magis tale est: li-
 cet non diffitear, ex principiis falsis, inter-
 dum verum inferri posse, non ex natura rei,
 sed per accidens, sive non formaliter, quod
 propterea scilicet sit verum, quia ex falso fuit

illatum, sed *materialiter* tantum, quod scilicet ut nunc verum fit; qualem scientiam, proinde, Doctissimi Philosophorum, pro *existimatâ & putativa non genuinâ & verâ*, esse habendam contendunt.

§. SECUNDUS.

Illam ergo *veritatem* quæ Primis adhiberi solet Principiis indissolubili nexu cum summa *necessitate* combinatam esse, per quam sunt *propositiones sempiternæ consistentiæ*, quibus *aliter esse repugnat*, facile quivis apprehendit, vel oculo observans fugitivo, indolem omnis scientiæ, tanquam habitus ἀμεταπτότῃ καὶ ἀμετακινήτῃ h. e. *immutabilis & immobilis*, super principia tamen Prima fundati, atque ab iisdem sustentati, cum nihil sit *in effectu quod non prius existat in causa*, sive *formaliter & subjective*, sive *virtualiter & eminenter*. Sed sicut *necessitatis* vocabulum multis immersum observatur ambiguitatis spinosissimis nodis, ita heic observandum, *qualem P. P. in applicatione requirant necessitatem?* in qua quæstione determinanda, accuratè prænotandi occurrunt diversi respectus, quibus *P. P. terminantur*, vel *ad alia similia*, h. e. *ex natura nota Principia*, vel ad *Principia Theolog.* sive *revelata*; in priori enim re-
spe-

spectu, nihil obstat, quo minus P. P. firmissimam semper habeant sequelam, præsentem tantummodo *necessitate Physica*, cum *natura quæ talis*, ultra modum communem vix agat; in posteriori vero cavendum ne per *necessitatem nature communem* inconvenienter an potius insipide, repagulum *Divine* objiciatur *omnipotentie* quæ *in finitatis modis plura potest*, quam *Creatura intelligit aut percipit*; qualis proinde est doctrina perversè assertentium, *impossibilitatem absolutam*, vel in ordine ad *Divinam omnipotentiam*, in *actuali separatione*, *actus secundi à primo*; cum uti multa *natura*, quæ tali, contradictoria, cum hypothesis *Divinæ voluntatis* consistere optimè posse nemo sanus eat inficias, ita in ejusmodi *rationationibus*, *antecedentem*, sine *consequente* stare posse, in propatulo sit; siquidem illud ab hoc non in esse absolute positum est, sed in esse tali & tali, h. e. modificato & sub certo statu; quare in hoc concursu Principiorum diversi generis, ut vere & recte concludatur, necessariò requirunt P. P. præsuppositam *necessitatem quandam absolutam*, quæ, vel ab extranei alicujus agentis vi eludi non queat.

S. TERTIUS.

Sed ultra *necessitatem*, cum *Dicta veritate* P. P. quæque combinatâ censetur à Doctis,
Per-

Perspicuitas, sive evidentia, illa scilicet P. P. affectio, quæ penitus tollit dubitationem omnem de congruentia eorum, cum rebus, tam creatis, quam increatis, propter ocularem quasi P. P. claritatem; nam sicut evidentia super insigni aliquo lumine, vel rei, vel sensus, vel mentis de re iudicium aliquod formantis, fundata, vi vocis nihil aliud est quam clara & aperta rei alicujus visio & notitia, ita quoque illa Primis P. superaddere creditur veritatis manifestationem, luminis alicujus claritate; quam evidentiam, non arbitror esse, consequentiæ, sive certorum canonum bonæ consequentiæ syllogisticæ fulturis sustentatam, siquidem P. P. per simplicem solum intelligentiam & non per discursum ejusmodi illativum in scientiis usurpari solitum constant; verum consequentis, ex ipsis rebus & eorum proportionalitate ortam eamque non extrinsecam, qualem ex fide testium solent habere Judices, sed Intrinsecam, tamen non eam, qua aliquid clare innotescit, ex alio, naturaliter cum rei, quæ cognoscitur, extremis, vel a priori, vel a posteriori, conjuncto, quam evidentiam proinde appellant mediatam, participatam, & ex alio, sed eam, quæ vocari solet evidentia immediata secundum essentiam, & per se, solis Principiis domesticam, qua per & ex semet ipsis

ipsis Prima P. manifestè patent nobis, partim
in terminorum simplici apprehensione. v. g.
 cum liquido percipimus, quid sit, *quodlibet*,
 quid, *est*, quid *non est*; partim *composita ob-*
servatione cohesionis, quæ est inter eosdem
terminos, ut: v. g. in dicta propositione: Quod-
libet est, vel non est. Et quantumvis haud
 exiguas conclusiones omnes demonstrativæ,
 sive quod idem, omnes scientiæ, è naturali
 lumine intellectus profectæ, obtineant eviden-
 tiam, eam tamen *mutuatam*, nec non *de-*
pendentem habent à P. P., quorum claritas
 per & ex semet ipsis, & solum ex termino-
 rum quibus conflata sunt penetratione, con-
 stat; Et porro cum eo modo omnium conclu-
 sionum disciplinariam evidentiam, ab illis de-
 pendeat Principiis, utique claritate ornata e-
 runt P. Principia, non tantum *respectu sui*,
 sicut alias universalia nota dicuntur suâ naturâ,
 nec tantum *respectu nostri*, sicut hypotheses
 multæ Mathematicæ suâ veritate in re destitutæ,
 sed *utriusque respectu*, propter necessariam co-
 rundem applicationem, ad singula entia, benefi-
 cio certarum conclusionum, indubitato cogno-
 scenda; qua propter quantum in ipsis, ex sese
 dubitationis scrupulo reperiuntur vacua, licet
 non rarò eadem contingat dubitationis aleam
 apud perversos subire. Ubi præterea observan-

dum. 1. aliter adhuc dici *propositionem per se notam*, quoad nos, cum quâ suam veritatem evidenter sensibus exposita, in nostrâ notitiâ caret medio, quo probari possit, licet id in se non respuat, qualis est illa: *magnes trahit ferrum*, quæ quâ effectum maximè quidem nota, quâ causam tamen occulta & ignota. In quo significatu e contrario, *propositio per se nota, secundum se & quoad nos est*, quæ respuit quidem medium probationis in se, quo connectatur prædicatum cum subjecto, in nostrâ tamen cognitione medio deesse non potest, quomodo sine cognitione hujus universi existentia & attributa divina, quæ cum DEO, ex parte rei, sine ullo medio conjuncta sunt in notitiâ DEI naturali benè colligere non possumus. 2. *Non per omnia idem esse propositionem per se notam, & Primum Cognoscendi Principium*; nam illa hoc sub se comprehendit, quando dividitur, in *simpliciter immediatam*, quæ ἐξοικῆς venit nomine *axiomatis*, sive *principii omnibus disciplinis communis*, vel *suo modo mediatam*, aliàs *positionem* appellatam, ceu quæ intra unius scilicet tantum disciplinæ p̄mœria pro Principio supponit quæ vicissim, vel *assertiva*, ut *definitio*, & ab ea resultans ἀξιῶμα, tanquam ποσειμα, vel *petitiva*, ut *postulatum* & *hypothesis*.

S. QUARTUS.

CÆterum intimius adhuc inquirenti in proprietates & affectiones P. P. occurrit præterea illud Princip. P. *attributum*, cum prioribus pariter æque connexum, quod tantisper *immediatus* insignire liceat vocabulo, quo in applicatione ad omnia entium genera, *assensum* citra ullam demonstrationem, ab hominibus sanæ mentis P. P. extorquere solent, propter arctissimam connexionem terminorum, ex quibus constant; nam sicut summæ fidei sunt, ut tanquam per se notissima demonstrationem, ad assensum eliciendum, haud quidquam requirant, ita quoque destituuntur medio *intrinseco & formali* non tantum *quærem*, sed etiam *quæ cognitionem* nostram, quo veritas ipsorum manifestari posset; & quamquam *inductionem* non negaverim, ad faciliorem Princip. Cognosc. P. assensum, non tantum insignem conferre *utilitatem*, sed & qualemcunque *necessitatem*; siquidem non solum ejusmodi experimenta, in rebus singularibus & sensibus manifestis facta, assensus jucundior sequatur, ubi extrema Principii actu coherrentia fuere deprehensa, verum etiam intellectus, vi quidem sua naturali terminos apprehensos componere & dividere potis, tamen omni dubitatione nondum liberatus esse queat,

antequam composita cognitione sensus, quam modo inductionem vocavi, adjuvetur, quod vel patet hoc modo, si ponatur, simplex cognitio terminorum, & quæ proficiscitur tantum ab intellectus lumine naturali, Principii illius, *Quæ in uno tertio conveniunt, ea inter se conveniunt*, quæ cognitio cum mentem ex omni parte securam de veritate illius Principii: *Quæ in uno tertio &c.* nondum reddiderit, utique sumptâ occasione in aliqua re singulari, hac vel illâ, ubi extrema illius Principii reapse deprehendere licet conjuncta, necessariò ad tollendam illam hesitationem intellectus in ferendo judicio, requiritur *experientia, sive inductio*; quam tamen inductionem, cuius in propatulo est, se non habere instar *causæ per se*, circa P. P. sive conficienda, sive cognoscenda, sed per modum aut *conditionis sine quâ non*, aut *causæ instrumentariæ*, cum non solum P. P. cognitio non sit discursiva, quæ per causam fieri posset, sed &, ut *inductio* est, actio *sensualis*, ita *cognitio P. P. intellectualis immanens*, cujus causa eadem cum subiecto cui inest à Doctis esse censetur, tamen ad tollendam a mente formidinem, *illam* s. inductionem requirens, ceu modo dictum; cui præterea ex parte intellectus nostri Conimbr. in Cap. 1. post. anal. quæst. 22. art. 3. ad assen-

sum P. P. tria adjungunt requisita. 1. videlicet *simplicem terminorum adprehensionem*, necessariam cujusvis propositionis ad sensui conciliando, evidenti terminorum penetrationi associatam. 2. *Compositionem terminorum*, hoc modo, simpliciter adprehensorum, in formam propositionis. 3. *De toto complexo judicium & adprobationem*, in qua putant Princ. consistere notitiam; qualis autem hic requiratur *inductio*, an *formalis*? multorum scilicet singularium collectioni originem debens. an vero *virtualis*? quæ secundum actum in unius quidem singularis, ejusdem tamen cum multis, propter constantiam, ponderis perceptione fundata existimatur, non heic multis disquirere animus est, cum veritati P. P. declarandæ, vel posterior sufficiens esse possit. Quod vero convenit illam probationem, quam *Metaphysica*, certitudini & evidentiæ P. P. addere a Doctis creditur, quoties scilicet dubitationis aleam, aut reprobationis discrimen, apud hunc, vel illum, perversè de P. P. cogitantem, subire coguntur, suo videlicet modo ad sensum per novum medium operando, partim *terminorum*, quibus constans P. P., *declaratione*, nam illis cognitis, statim & hæc cognoscuntur, quia ut prius dixi, destituta sunt *medio probationis*; partim

de

demonstratione, non quidem adeo directâ & ostensivâ, per veram causam, aut efficientem, aut finalem, sed obliquâ & ad absurdum deducente; cum sciendum ejusmodi probationem non tollere P. P. immediatatem & indemonstrabilitatem, nec esse Principiorum quâ talium; sed quâ aliquo modo quasi conclusionum, cum ne quidem augmentum addere queat Metaphysica, intensiori assensus, quem intellectus lumine naturali ductus, sine discursu Primis P. ritè propositis & habitu confirmatis, præbet, multo minus intrinsecæ evidentie, certitudini & veritati P. P. gradus conciliare, si quidem semper assensum sapientiæ Primæ h. e. Metaphysicæ in aliquibus Princ. tanquam veritatibus per se notis, fundatam esse; e Primis enim Pr. conclusiones elicit generalissimas, unde quoque audit ὅτι καὶ Πιστήμη, sive scientia cum capite, Quamobrem ejusmodi demonstratio non censetur à priori respectu veritatis Principiorum, in esse reali quamvis aliquo modo improprie tamen, si nempe P. P. spectentur ratione cognoscibilis, sive evidentis & certi, cum eorum veritas & evidentia inter disputantes in utramque partem jactatur, à priori vocari posset; Confer. Svarcz. Disp. 1. Metaph. sect. 4. n. 16. &c.

Veritatem ergo P. illorum *in infallibili certitudine, quâ tuto non solum rebus increatis & creatis applicari, sed etiam quibuscunque conclusionibus, firmæ alicujus consistentiæ, à suâ genuina origine inde deducendis,* (unde vicissim patent duæ P. P. affectiones, *Primitas videlicet & consecutio, sive habitudo ad id quod procedit abs Principiis P.*) accommodari possunt, fundatam esse, vel ex eo satis patet, quod sicut humanæ mentis indoles semper composita est ad desiderium alicujus rei necessariæ consistentiæ, in quâ assensus & cognitionis suæ maximè firmum collocare queat fundamentum, & ad quam, tanquam asylum, in suis dubitationibus examinandis, confugere possit, ita idem firmæ infallibilis adhæisionis suæ fundamentum, in nulla aliâ re magis, quam dictis Principiis deprehendat, circa ea cum non contingat eidem sanitate suâ tantummodo præditæ errare, propter eorundem P. fallibilitatis impossibilitatem; quæ adhæisio mentis sive certitudo non est *apparens* tantum, sive orta ex probabili aliqua ratione, conjuncta cum efficaci voluntatis applicatione, qualis solet esse pertinacibus pravarum opinionum defensoribus, ut quondam Math. Flacio ad extremum usque propugnanti perversam suam sententiam, *de peccato origi-*

nis substantiali, quâ quidditatem, in quam cum Strigelio disputans casu incidit; sed vera, profluens primariò non ex aliis, aut argumentis, aut authoritatibus, quàm immediatâ Principiorum veritate, quam certitudinem aliàs vocant, transcendentalem, sive Metaphysicam, quâ res ita proponitur cognoscenda ut in ordine ad omnem potentiam non possit aliter esse, (ut Loquitur Clariss. Michael Eiferus in intellig. suæ pag. m. 46.) contradistinctam non tantum certitudini morali (puta illi magis, quæ dicitur facti, & nihil aliud est quam firma aliqua presumptio valde probabilibus rationibus subnixæ, quæ nisi rarissimè fallere possit; nam illa certitudo rerum moralium, quæ dicitur esse legum & juris, ex certis Principiis, tanquam suis causis necessariò deducta, quia æqualem, licet in suo genere certitudinem, cum omnibus conclusionibus scientificis habere putatur, ad transcendentalem magis accedit certitudinem) sed etiam Physicæ suffultæ principis aliquibus naturalibus, quibus ex natura rei in ordine communi spectatæ repugnat aliter se habere posse v. g. certitudo quam habeo de igne quod urat, quæ cum ex hypothese Divinæ omnipotentis aliter se habere possit, ut ex Danielis 3. patet, ideo naturalis tantum est, non summa.

§. SEXTUS

PRæter illa vero tanquam potiora P. P. attributa, adhuc proponi solent à Doctis aliæ, licet secundo numerandæ loco, *proprietates* quæ fluunt, partim (α) *ab illa facilitate*, quam habent Pr. in ordine ad intellectum humanum, qui, de veritate compositionis statim à simplici terminorum, quibus constant Principia illa, apprehensione, sine præcedaneo discursu, certum semet agnoscit; ut jam nihil loquar de (β) *fundamentali eorundem inexistentia*, ab ipsa natura, unde dimanat eorum tam confessa cõmunitas, quod scilicet uti natura humana ubique est eadem, ita & illa apud omnes ratione pollentes sint eadem, ita ut in controversiam de jure vocari hæud queant; quam *anticipatio* sc. respectu conclusionum quæ deducuntur ex ipsis, quasque luce & fide suâ Prima P. exornant, communiunt; partim (γ) *ab harmonia illa*, quæ licet diversa non aliter tamen quàm adamantino nexu copulata, ita sibi mutuò respondent Prima P., ut nullo modo sibi invicem contraria esse possint, modo ultra scopum non extendantur, unde axioma: *Principium cognoscendi quod in una disciplina*

D

est

est verum, in alia non potest esse falsum. partim (δ) à summa virtute in minimâ reposita quantitate, quâ non aliter quam exigua femina, per conclusiones, infinitam, puta, quoad nos, sui multiplicationem admittunt; partim (ε) à fundamento, quod obtinent in rebus, cujus animadversione eruuntur principia citra mentis figmentum, unde canon: *Omne principium cognoscendi destitutum fundamento in re, est rejiciendum*, non enim mens humana, quæ falli citò potest, normam rerum sustinere valet, sed potius à rebus normanda. partim (ζ) à fine quoad solam referuntur scientiam humanam, quam promoveri debent, unde ἐξουκινῶς, nomine *Principiorum cognoscendi* veniunt, quod nullius amplius quam cognitionis principia ponant. partim (η) denique à propensione sive intentione illa mentis, quâ longe majori conatu fertur in cognitionem illorum, sive quâ essentiam, sive quâ attributa v. g. veritatem, certitudinem, evidentiam &c. spectatorum quàm conclusionum inde dependentium, cum illa magis intelligibilia sint & per se, hæc minus & per illa; de quibus ulteriorem disquisitionem præscindit mihi præfixa brevitatis.

CAP. TERTIUM.

De enodatione Primorum Principiorum penes naturam distinctivam & divisivam Spectatorū.

§. PRIMUS.

Siquidem hoc modo jam in præmissis ad captum iudicii Primorum Pr. naturam, quæ communem definitionem & attributa, ea quæ fieri potuit brevitate delineativè exposuerim, jamjam proporro ratio instituti svadet, ut paucis quoque eandem Primorum Pr. indolem distinctivè, quantum eorum *primitas* & *universalitas* admittere potest, specialius mihi exhibendam proponam, more Geographorum rudi tabella totius orbis vastissimi imaginem breviter complectentium: verum enimvero cum vocabulum Primi P. sit *analogum*, scil. quod inferiobrius suis *inæqualiter* & *dependentè* ab invicem & naturam & definitionem suam communicat, itaque alia eorum veniunt nomine Primorum P. *πρώτως* & *simpliciter*, alia *δεύτερος* & *secundum quid*; illa eruntur præcipue primò ab *affinitate rerum in statu ideali formali spectata*, vel quâ tali, vel quâ certis affectionibus vestitâ, præsupposito statu,

objectivo fundamentali, & primò ac absolute à natura Primi P. participant; hæc autem à convenientia rerum, in statu universalis consideratâ fluunt, & dependentiam ab istis aliquam habent, propterea solum Prima dicta P., quod & illis Theoremata disciplinarum Theoreticarum, Prædicarum & Organicarum innitantur, itaque de prioribus istis primò acturus propter conspicuam quoque illam inter ipsâ analogiam, quâ quædam magis, scilicet quæ ex affinitate, quâ tali, fluunt, quædam minus scilicet quæ ex affinitate certis affectionibus vestita oriuntur, de Primorum P. essentiâ participant, non possum, non propter defectum & hic vocabulorum, illa vicissim dividere in simpliciter Prima & Secundum quid Prima, verum nec illa Principia quæ à Conv. R. quâ tali deducuntur, sua carent analogia attributionis; inter ea enim quoddam κρείως P. P. imbibit essentiam, cum per deductionem ad impossibile probari amplius non possit, quæ propter basis est reliquorum; cætera vero δευτέρας & respectivè de eadem Primorum P. essentia participant, ita ut illud necessum habeant præsupponere, cum licet à priori non probentur ex communissimo quodam quasi medio, tamen adhuc per deductionem ad ab-

suro

furdum veritas eorum ostendi possit, & vindicari quoties opus est; illudque cum debeat esse simpliciter *Primum respectu simplicis & primæ independentiæ, evidentiæ & veritatis*, aliud esse non potest quam fundamentum illud contradictionis: *Impossibile est idem simul esse & non esse*, cum non tantum apud omnes sanæ mentis homines sit 1. *notissimum*, sed & 2. *in se evidentissimum*, ut se prius non agnoscat, unde dependeat, aut per quod demonstrari possit, sive per demonstrationem $\tau\tilde{\epsilon} \acute{o}\lambda\iota$, sive $\tau\tilde{\epsilon} \delta\iota\acute{o}\lambda\iota$, (quod tamen cum probatione ejus *redargutivâ*, contra insullos & frivole pertinaces ejusdem principii, adversus dictamen conscientiæ suæ, expugnatores, adhiberi solita, optimè consistere potest, quippe quæ non est propriè dicta demonstratio, sed tantummodo qualiscunque Principiorum explicatio, aut adversarii adinconveniens sensuiq; ejus plane repugnans, tum facta deductio ex concessis ad revincendum hostem, non propter principii quasi *obscuritatem*, sed *negantis insulsiatatem*) nec non 3. *Certissimum*, cum ab ipso non contingat fallere, nec in ipso falli. ut & 4. *simplicissimum*, non *simplicitate apprehensionis atque enunciationis*, sive *quâ terminorum connexionem*, sive *quâ rationem extremorum*,

sed

Id simplicitate independentie ac veritatis,
 cum in nullum principium per quod probe-
 tur resolvable sit. 5. *Universalissimum simul &*
fortissimum, nam sicut & terminis constat uni-
 versalissimis (*idem enim & ens,* tam *laxam*
 hic induunt significationem, ut non solum
ens reale, sed & conceptui & verbis aptum o-
mnem suam includant peripheriam, ut tamen *pri-*
marie ad ens reale sive Theoreticum sive practi-
cum secundarie vero ad ens rationis, s. intention-
nale, propter suum fundamentum in ente reali,
 porrigatur) ita quoque oppositionem primam
 & supremam, quæ est inter esse & non esse, eo-
 rundem fortissimam ab invicem remotionem
 habet: Longè enim fortius & efficacius re-
 moventur isti termini, præsentem vocabulo im-
 possibile quàm absente. Quamobrem Apo-
 stolus ille gentium acriter ipsum urget Rom.
 II. 5. 6. tanquam absurdum & impossibile
 statuens, aliquid *esse gratiam & non esse gra-*
tiã, esse opus & non esse opus. Quæ con-
 tradictoria manifestissime fundantur in eo, *Im-*
possibile est idem simul esse & non esse. Cum
 vero paulo prius dixerim, illud redundare ex
 animadversione affinitatis rerum, itaque quò
 in promissis stare possim, illam animadver-
 sionem non inconsulto esse explicandam autumo,
 quæ in ordine intellectus ita se habet; cum om-
 nes

mnes res, *in esse aliquo*, per quod non tantum infinito modo elongatæ sunt à non esse, sed & non possunt non esse, convenite apprehendit intellectus eo ipso quoque videt esse, & non esse, tantò minus eidem subjecto simul sub uno respectu tribui posse, quantò majus & evidentius indicium sibi fingit in repugnantia terminorum esse & non esse, non solum ad analogiam, quam res creatæ inter se fovent, sed & quæ DEUM & creaturam ratione elongationis à non esse intercedit perferendam; siquidem sicut contradictionem implicavit, sibi omnes res, plane aut similes, & tamen inter se distinctas, aut plane dissimiles, ceu non entia, & tamen ut res creati, quia impossibile est idem plane simul idem esse & non esse; ita quoque repugnantiam involvebat, aut plane dissimilem esse creatori productam creaturam, tanquam absolute non ens, aut plane similem, hoc est infinitam ac increatam, quia impossibile est idem simul esse & non esse; quamobrem necessum est ista omnia convenire in communi participatione entis, differre vero in propria quidditate & gradu participationis. unde hoc principium, pro firmissimo, certissimo, & evidentissimo habet hoc modo ex convenientia rerum animadvertum. posteriora vero Principia & Secundum quid

quid dicta Prima, quæ modo explicato simpliciter Primo Principio immediate subordinata, ceterum minus universalis, fundamentum conclusionibus præbent disciplinaribus propinquum, ut illud ultimum, cuius conclusioni & cognitioni, numerantur à Doctis septem, pro septuplici diversitate conceptuum, quibus inter se discernuntur formaliter, ut vel 1. *Immediatione*, unde principium: *Quodlibet est vel non est*, ab ἀπλῶς primo, disconvenientiam referens duplicem, formalem (a) in gradu sive fundamento contradictionis; illud enim exprimit omnimodam repugnantiam terminorum, esse & non esse, super infinita eorum pugna fundatam, hoc autem refert *immediationem*, h. e. negat medium, inter esse & non esse. 2. *In forma enunciandi*, illud scilicet negativè hoc affirmativè effertur, unde non pauci ducti hoc fecerunt *absolutè Prim. P.* cum & hoc simplicioribus efferatur terminis, & affirmatio prior sit negatione, quibus assensum præbere tutò non potui, cum, ut ad *absolutè Primum P.*, maximè requiritur aptitudo omnia reliqua probandi Principia Prima, intellige non quæ veritatem eorundem intrinsecam, sic enim per se sunt notissima, sed quæ impossibilitatem & repugnantiam, quæ sequatur

ex opposito) quâ hoc adeo caret, ut potius aliquo modo stabilire videatur à nostro; *Impossibile est idem &c.* ita etiam insignis occurrat distinctio inter *Principii prioritatem, in ordine enunciandi & ordine Principii*; illâ, enim *affirmativum prius est negativo*, cum ad illud reducatur, in hâc vero effatum istud: *affirmativum prius est negativo*, universaliter non procedit, cum in vi demonstrandi negativis existant sæpius posteriores affirmativæ enunciationes, nec simplicitas verborum major aut minor P. P. faciat ut prius dixi) cum quo tamen simpliciter Prius Pr. convenit *materialiter*, nempe (α) *in objecto* quod est *Ens & non Ens*, (β) *in forma generali enunciandi*, puta, *contradictorio*, (γ) *evidentia*, nam adeo intellectui ex insito lumine est notum, ut nihil habeat notius, cum in sua concipiendi ratione, non invenire possit tertium modum, præter *positivum*, sub ratione essendi, & *negativum* sub remotio-
ne essentiæ, (quamobrem in *Affinitate rerum* illud, tum animadvertit mens nostra, cum deprehendit omnia entia, convenire in eo quod sint, ita ut reliquis $\tau\theta$ esse, sine *medio participationis repugnet*) (δ) *subordinatâ connexion*, tam arcta enim connexionem cum illo est combinatum, ut ex *hujus* negatione, *illius* quoque sequatur negatio, quibus ducti rati-

onibus non pauci ut sunt, *Javellus* l. 4. q. 9. *Hurtadus* de Mendoza disp. 3. Metaph. lect. 3. & alii, hoc principium: *Quodlibet est vel non est, cum illo impossibile est idem simul esse & non esse*, formaliter idem esse asserere non dubitarunt, ad salvandam suam hypothesin, idem facientes *repugnantiam contradictoriam & immediatam oppositionem*, ex quorum diversitate distinctiva, contrariæ sententiæ defensores, fundamentum sumunt præcipuum; verum licet *repugnantia contradictoria* nihil aliud ex *Hurtadi* & *Javelli* sententia esset, quàm *immediata repugnantia formaliter sumpta*, tamen (ut verbis utar *Clariss. Eissleri* in *Intelligent. suæ* pag. mihi 70.) *adhuc formaliter aliud esset repugnantia contradictoria, quatenus repugnantia, & quatenus est immediata*; illa namque convenit *contradictentibus in quantum sunt opposita, ac idcirco, si per impossibile, medium adhuc admitterent, nihilominus adhuc inter se pugnarent, hæc, in quantum sunt contradicentia, ut enim repugnantia præcisè spectata est communis omnibus oppositis, ita immediatæ repugnantia propria contradicentibus*; præterea observandum in hoc principio (a) vocabulum *Quodlibet*, non venire hic in rigore suo pro eo solum, quod *essentiam* habet *realem*, sed in latitudine tali, quâ *scibilis* est, & simul

con.

conceptibilitatis totius exhaurit latitudinem,
 & (β) *tò est hic propriè præsupponere, pro*
existentia reali, eaqve non solum communi
& universalissimâ, sed & particulari ac singu-
lari, in cujus rectâ oppositione, tò non est, non
nudam infinitationem, sed verâ negationem de-
notat. Vel 2. contradictionis proprietate; unde
illud: Duo contradictoria (intellige genuina non
adulterina) non possunt esse simul vera nec si-
mul falsa, cujus differentia, à prioribus sese
habet per modum consequentis ab antecedenti,
prior enim erit contradictio quàm ejus à
veritate & falsitate denominatio, licet cæte-
roquin differant in eo, quod, ut priora illa
Pr. concernunt Judicium intellectus ad obje-
ctum, in quo contradicentium ratio manifesta-
tur, vel quâ repugnantiam vel immediationem
terminorum, ita hoc postremum simpliciter
& immediate adum respiciat intellectus in se-
met reflectentis atque judicantis, numne pro-
portionalitatem in rerum ordine deprehensam,
ita cognoverit, ut in se est, an secus; ut de-
prehensa illa cognitionis suæ cum re cognita
adæquatione, nec de sui conceptus veritate
mens dubia amplius existat, nec alterius con-
ceptum sibi fortè apertè contradictorium, pro
vero agnoscat, nec utriusque falsum existimat,
cum Duo contradictoria non possunt esse simul

veræ, nec simul falsa. Quæ ejus quoque est in
Conv. R. animadversio. vel 3. tertii alicujus
participatione, ceu hoc; Quæ sunt eadem u-
ni tertio, sunt eadem inter se; cujus diffe-
rentiam à prioribus insinuat unitatis super-
additæ respectus, reliquis Principiis formaliter
ignotus, quem mens sibi fingit, eo ipso dum
ex animadversione proportionalitatis inter o-
mnès res conspicuæ, quâ invicem nec plane
similes nec prorsus dissimiles esse videntur,
colligit, per aliquod tertium illas res con-
necti, super quo fundetur affinitas eorum,
quamobrem & judicat ea, quæ identificantur
in tertio quodam, jam non à se invicem in
infinitum distare, sed inter se eadem esse
secundum illius tertii, in quo conveniunt,
proportionem, cum impossibile sit quidquam in
aliquo identificari, & simul in nullo iden-
tificari. dixi secundum tertii proportionem,
nam ex qualicunque convenientia, cum non-
nullis perversè philosophantibus omnimoda
statim non infertur identitas, cum hæc saltem
inter ea, quæ conveniunt in tertio incom-
municabili non vero communicabili locum
habeat, siquidem non solum individua unius
speciei tanquam universalem inter se conven-
entiam habentia differant essentialiter, ab in-
vicem, sed & inter Personas S. S. Trinitatis,

in simplicissima essentia convenientes, realis, detur distinctio, secundum orthodoxam Theologiam, cum alius sit Pater, alius Filius, alius Sp. Sanctus. licet non aliud; quamobrem essentialis identitas, non tollit suppositalem diversitatem, nec numerica unitas, excludit hypostaticam distinctionem, sed tantummodo divisionem entitativam. 4. hypothetica necessitate, ut illud de ente & non ente respectivè loquens: omne quod est, eo ipso, quod est, necesse est esse, & omne quod non est, eo ipso quo non est, necesse est non esse; cujus tanta cotam mente est evidentia, ut sine medio probationis non aliter quàm reliquis Primis P. eidem assensum præbeat, cum enim intellectus humanus entium connexionem intimius penetrans eadem deprehendit in duplici ordine essendi constituta, nempe vel simplici, vel hypothetica, non potest non, simplicem illis assignare essendi necessitatem, his verò conditionatam quæ super suppositione actus existendi fundata sit. 5. Vel ordinis distinctione, unde hoc: impossibile est idem simul esse, & cum aliis confusum esse, cum enim res ita inter se conspirent, ut sine confusione in debito essendi gradu & duratione existant (nam ab omni confusione abhorret & Deus, qui cuncta fecit ordine, & natura quæ ordinem a Deo præscriptum servare

nititur, & *modus noster intelligendi*; qui perficitur secundum ordinem & gradum intelligibilium, à prima causa nobis adsignatum: scilicet cum actu reflexo, proindeque per animadversionem affinitatis & consecutionis unius ad aliud, postquam prima cognitionis fundamenta fuere præsupposita, qui gradus est tertius in ordine intelligentium, quia ut Deus (verba sunt Clariss. Dni. Eisleri in Intelligentiæ suæ p. m. 80.) sine adminiculo à se diverso, adeoque nec per species, nec compositionem aut divisionem, nec per illationem aut ordinationem, sed simplicem comprehensionem, cetera quacunque sunt possunt esse, vel non esse, actu quodam simplicissimo, quo se ipsum intuetur, in se ipso, juxta proprium illorum esse, vel non esse cognoscit, cognitione infinitæ perfectionis, ita Angelus quoque sine actu reflexo cognoscere & intelligere putatur, cognitione licet intuitivâ, h. e. directâ rerum inspectione simpliciter apprehendendo objectum cognitionis suæ, non tamen infinito intelligendi modo, tanto minus aliquod cum aliis confusum esse potest & illegitime commixtum, quanto evidentius, idem tum simul esset & non esset, quod impossibile. 6. attributorum & essentiæ mutuâ relatione, cum enim mens, post apprehensum R. C. in generali ideâ ad diversos entis gradus

dus semet vertens, invenit, propriam cujus-
 que entis rationem, diversimode se, pro sua
 habere ab aliis diversitate, quæ tamen diversi-
 tas convenit cum aliis, vel in *ratione consti-*
tutivâ, vel *consecutivâ*, seu *attributa*, itaque
 non potest non, pro principio indubitæ ve-
 ritatis, illud agnoscere axioma: *omne quod est,*
attributa admittit; & omne quod non est at-
tributa respuit; in quo, sicut per *est*
 significatur, id quod essentiam habet actual-
 lem, & per *non est* ejus oppositum adæqua-
 tum, ita per *attributa*, *conceptus secundi*, sive
realiter, sive *formaliter à* suo subjecto di-
 versi notantur. 7. *Rerum subordinatione*, cum
 enim jucunda illa rerum harmonia & affini-
 tas intra suam quasi includat peripheriam,
 totam particularium & singularium omnium
 quasi concatenatam catervam, fieri non pot-
 est quin id, quod latius est, includat angu-
 stius, unde hoc enatum est principium: *Quic-*
quid competit omnibus, illud etiam competit
illis, quæ sub omnibus continentur; & quid-
quid non competit omnibus, illud etiam non
competit iis, quæ sub omnibus continentur.

§. Secundus.

Cum vero priori §. simpliciter Prima P.
 non ex solo fonte velut affinitatis Rerum
 quæ

quâ talis, sed & quâ certis affectionibus ve-
stita, emanare dixerim, itaque illis, quæ ex
priori velut scaturigine deducta sunt, etiam
ea Principia, quæ ex posteriori latice quasi o-
riuntur, jam jam subjungenda veniunt; sed
quemadmodum Affinitas Rerum, duplici vel-
ut amictu proprietatum videlicet, vel prima-
rum & immediatarum, quales sunt; veritas per
representationem, & veritas apprehensionis,
cum suo corollario, objecto disciplinari; vel ori-
tarum & immediatarum, quales: univocatio & ana-
logia, predicamentalitas & eminentia, circum-
data à Doctis proponitur & exhibetur, ita
quoque eadem, pro vario suo habitu, varia
producit Principia. Namque ex affinitate Re-
rum quatenus verè per representationem esse
perhibetur, h. e. quatenus talem in se habet
habitudinem adæquationis, cum mente no-
strâ, ut propter eam ita exhiberi nobis queat,
beneficio conceptus, prout ipsa in natura est
fundata, id præprimis sequitur scilicet omne
quod cognoscitur & quâ cognoscitur, verum
debere esse per representationem. Si enim sua
carerent symphoniâ, objecta & actus mentis
percipientis, tum utique idem simul esset, ex
sententiâ mentis nostræ, cui talis vel talis
facta est repræsentatio, & non esset, cum aliter
in naturâ repræsentaretur; & quamvis pau-
cio-

ciores admodum sint in mente nostra conce-
 ptus ex *representatione directâ, positivâ & im-*
mediatâ rerum per fundamentum objectivum
ortî, quàm res quæ concipi debent, tamen &
easdem repræsentari necessum est representatione
indirectâ aut (α) reali, (ut liceat ita nunc
loqui οὐκ ἐπιλήκως ad sequentem, quæ dicitur
virtualis) sive (N) per viam negationis, h. e.
non per se positivè, sed in contrario, cujus ne-
gatione concipiendæ veniunt, ut fieri solet in
cognitione DEI, sub remotione imperfectionum,
creaturis adherentium, quæ tamen negationes
non sunt simpliciter privative, tollentes solum
habitus oppositos, sed infinitæ, perfectiones con-
trarias inferentes e. g. quia cognosco in DEUM
non cadere corruptibilitatem, necessû est ipsi po-
sitivum ejus aliquod contrarium nempe incor-
ruptibilitatem convenire & sic de aliis. Unde axi-
oma: Viâ negationis non rarò ducimur in rei
noticiam. vel (D) per viam eminentiæ, h. e. non
sub determinatâ & propria formalitate, sed sub
relatione originis & dependentiæ, quomodo
perfectiones creaturarum (quæ à nobis animad-
versæ aliqualem tamen juxta imperfectionem in-
volventes e. g. facultas semet movendi) DEO
tribuuntur non secundum realem inexistenti-
am, nec formalem continentiam, sed eminent-
er, & quatenus suam habeant ideam in mente

Divinâ, (ut disputat sapius cum honore nominatus Eisslerus in Intell. suæ p. m. 88.) solent representari, unde principium: *sæpè rei eminenter conveniunt, quæ ei formaliter tribui nequeunt, propter admixtam sibi imperfectionem rei quæ eminentiam; vel (A) per viam causalitatis, quatenus aliquid tanquam causa sub suis effectis intellectui sistitur, prout sæpenumerò fieri solet in causarum cognitione per effecta. hinc veritas; quæ in effectis representantur, in causa etiam locum habere cognoscuntur, nam nihil est in effectu quod non sit in virtute cause, si non formaliter saltem virtualiter & eminenter. Unde etiam verissimè colligitur, Causam non esse toto genere deteriolem suo effectu, aut (B) virtuali representatione, eaque i. vel per remotionem contradictionis, cum scilicet nullam animadvertimus repugnantiam possibilitatis, quam concipimus in re quæ actu non dum est, quia manifesta terminorum repugnantia & contradictio in eo conceptu non apparet, quod tamen ultra posse non statim est extendendum, Nam à posse ad esse statim non valet consequentia; Sed si unquam providum mentis iudicium ad solidam rerum intelligentiam requiritur, multò sanè longior ejus hæc in parte est necessitas, ne contradictoria liberaliter nimis*

mis statuuntur. Itaque non est fingenda ter-
 minorum repugnantia, ubi eandem mens no-
 stra non perspicit luculentissimè, multa enim
 non fieri posse videntur, quæ tamen fieri pos-
 sunt, præsuppositâ tantummodo divinâ omni-
 potentiâ, cum DEUS plura præstare queat
 quam nos intelligere, nec immensa potentia
 mensuranda sit ex intellectus nostri finiti ca-
 pacitate, itaque duplicem pro more suo egre-
 gie etiam hac in parte annotavit Clariss. Gut-
 kius c. 3. part. general. theor. 7. temperiem con-
 tradictionis 1. rerum elevationem. 2. distinctio-
 nis rationis observationem, nam & conceptus
 rei alicui assignatus, elevationem ejus inferens
 licet inconueniens sit reliquis naturæ similis,
 tamen respectu ejus, cui tribuitur contradi-
 ctionem non involvit, ut e. g. licet conceptus
 de natura humana Christi Θεανθρωπος pro-
 priâ carente substantiâ, proinde in persona-
 litatem λόγος suscepta, reliquis humanam na-
 turam participantibus tribui nequeat, respectu
 tamen Christi contradictorius non est, siqui-
 dem nullo modo destructionem, sed potius
 elevationem naturæ, quam assumpsit ὁ λόγος,
 infert; & observatio distinctio-
 nis rationis tollit contradictionem, cum scilicet in concepti-
 bus ad certum aliquod attributum Divinum

*relatis, repugnantiam terminorum Distinctione
 rationis removemus, quomodo cum quaestio fit
 de dicto salvatoris Math. 19. 20. & Marc 10.
 24. an fuerit locutio hyperbolica, an v. Ἐλκὴν,
 respondent Theologi Orthodoxi, eam fuisse
 Ἐλκὴν & propriam respectu omnipotentiae Di-
 vine, repugnantiam terminorum tollente di-
 stinctione rationis, siquidem etiam in utroque
 loco mox subjungatur, apud eum omne ver-
 bum non esse impossibile, unde potisma:
 quidquid mens concipere potest notionaliter, id
 DEUS prestare potest realiter. aut 2. per meram
 non repugnantiam obedientialem, deprehen-
 dendo rei scilicet non repugnare impositionem
 notionum facilitantium nostrae mentis appre-
 hensionem, quae quidem ^{non} repugnantia respectu
 notionum vel aestimatur (α) comparatione
 rei in ordine ad intellectum nostrum, quomodo
 mens nostra saepe rem cognoscit, non adeo
 ut in se est, sed prout à nostra imbecillitate
 percipi potest, quemadmodum in eadem sim-
 plici quoque essentia divina distinctionem fa-
 cit mentalem, nam ut ad illam infinitam es-
 sentiam sibi nullam vendicat proportionem,
 ut eandem unico tantum conceptu sibi siste-
 re possit, ita, cum impium judicat creaturam
 rationalem totaliter ignorare suum creato-
 rem,*

rem, proinde per *inadequatos* sibi formatos *conceptus* eandem, licet individuum, sibi sistit eo modo, quo potest, non ut vult, alios sc. *essentiam præcisè*, alios *varios respectus*, vel in *συγγεγοσι* ad alia, vel in *εξεσι* ad operationes *diversas*, sibi repræsentantes apud se formando; & licet *conceptus formalis*, semper *requirat harmoniam cum conceptu objectivo*, ea tamen *harmonia* non venit intelligenda *ratione modi*, *abstractionis* & *adæquationis*, sed *ratione rei* & *veritatis*, siquidem veritas optimè consistere queat cum *inadæquatione* ejusmodi in *ordine ad conceptus objectivi latitudinem*. Inde ergo est elatum: quod scilicet *sæpè in re indistinctâ propter imbecillitatem intellectus nostri distinguere queant conceptus*; vel censetur (β) in *ordine ad impositionem hominum*, ut accidit in *notionibus secundis Grammaticis, Rhetoricis, Logicis*, quæ non pro lubitu, sed juxta *probatorum authorum usum* rebus veniunt imponendæ, de quibus cum infra specialius sit agendum, itaque heic consultò omittuntur, unico tantummodo nunc prænotato Principio. sc. *Notiones secundas rebus non esse adplicandas contra naturam rerum*, cum, licet non dentur *in natura rei*, *objectivè fundamentaliter*, præsupponant tamen *non repugnantiam obedientialem in natura rei*. sic

v. g. *Attributa DEI nomine accidentium* appellari rectè non possunt, nec *homo genus*, aut *Johannes species*, cum contra naturam rerum ejusmodi fiant applicationes, ex his itaque quæ hæcenus dicta sunt patet sequentia Prima P. nempe (a) quòd, *omne quod fundamento in re caret, sit reprobandum*, cum hæcenus verum non sit per repræsentationem; (B) *omne quod objectivè fundamentaliter in naturâ existit, taliter etiam coram mente sit sistendum.* (γ) *quod intellectus noster non mensuret res, sed potius ab iis mensuretur*, cum ut *norma & mensura debet esse infallibilis*, ita res suam habeant & esse & veritatem, non à mente nostra, quippe quæ ad errorè est valde proclivis, sed *divinâ*, utpote, quæ sicut summæ est *infallibilitatis, perfectionis & independentiæ*, ita ea quoque *omnis veritatis mensura est ratione constitutionis*, sic tamen ut à nulla tandem mensuretur re. Unde effatum: *veritas quædam ad se ipsam refertur, & ad eandem omnia.* Quamobrem verus est noster intellectus, in quantum habet conformitatem cum re cognitâ; & hæc fuere Principia præcipua quæ ex *affinitate, quatenus vera dicitur, per repræsentationem resultant.*

§. TERTIUS.

Sed ex Conv. R. sub *habitu veritatis apprehensiva*, sive quatenus beneficio præcedentæ *abstractionis*, rectè coram mente repræsentata, *actu reflexo* ab intellectu animadvertitur; quando sub proprio conceptu percepta ab eodem sentitur, præprimis sequitur: *sine abstractione nullam fieri cognitionem*; Cum enim *medium* sit *cujusvis veritatis & distinctæ cognitionis apprehensionem*, siquidem formalem rationem producit, *cujus possessio est ipsa cognitio*, utiq; eâ neglectâ & ipsa cognitio nulla est; ubi tamen observandum per abstractionem ejusmodi non intelligi hic *abstractionem adeo sensualem*, licet plerumque veniat supponenda, quàm *intellectualem*, utpote *quâ res à re præcisa liberatur à conditionibus illis, quibus ratione, vel subjectorum, vel accidentium, vel aliarum imbecillitatum subjacet, deducta, aut in statum universalitatis, aut eminentiæ*; non enim omnia naturâ gaudent sui multiplicabili ad gignendam ideam, statu universalitatis aptâ natâ, siquidem quoddam *ens ob suam summam singularitatē & infinitatē* ejusmodi naturam sui multiplicabilem respicit, ut *Deus*, proinde in statu quodam eminentiori concipiendus; notanter dico, *multiplicabilem naturam Deo repugnare*, nam licet *essentia divina pluribus personis communis sit*,

ca

ea tamen communitas non est per sui multiplicacionem, aut κατὰ μέγεθος, sed per ejusdem singularis essentiae diversis subsistendi modis communicabilitatem; ex duplici itaque hoc abstractionis munere sequitur ad distinctos conceptus formandos (α) res é statu singularitatis in statum ideæ deducendas esse. præsertim cum ut singularia sunt infinita, ita quoque mens, quæ perfectionis finitæ aliter ea cognoscere nequeat, (β) Phantasmata utpote sensibus aptata, in statum noëmatum mediante abstractione crebenda esse, cum hæc, illa à conditionibus suis individuantibus deputet. (γ) Accidentia à substantialibus circumstantialiæque ab essentialibus, naturam à modis suis, essentiam ab adventitiis defectibus, esse sequestranda. ut v. g. conceptus sibi met repræsentaturus aut corporis aut humanæ naturæ in Christo, aut essentia humanæ, eosdem non debet confundere, aut quæ illum, cum quantitatis, aut alius alicujus accidentis ideæ; quæ istum cum personalitate quam habet in ἰσότητι τῆς λογῆς; quæ hunc, cum peccato originali, quod licet essentiam humanam, ut nunc intimè penetrans, insigniterque corrumpens, ab eadem tamen essentia abesse potest, sine periculo repugnativæ destructionis, ceu patet, vel ex actuali illa futura separatione peccati à beatis hominibus

bus in statu æternæ beatitudinis; quippe ut inter se summam semper distinctionem foveant, ita quoque distinctis apprehendi debent conceptibus. (D) *generalia præscindenda esse à singularibus conditionibus*, nam ut sunt infinita, ita quoque eatenus cognosci non possunt, unde si cognoscuntur, id tamen non fit, sub ratione singularis, sed universalis conceptus. (E) *cum res è multis sunt, sive actu, sive potentia, easdem è statu singularitatis, in statum universalitatis, ratione representationis intellectualis, deducendas esse; cum verò maximè singularis est, eandem in statum eminentem*, (vocabulo eminentis generaliter accepto, prout omnes tres vias DEUM naturaliter cognoscendi, nempe: *negationis, causalitatis & eminentiæ*, tanquam explicatiores sui rationes simul comprehendit) *ab omni imperfectione immunem, omnes autem perfectiones eminentissimè comprehendendâ esse; ubi me, scias velim, de DEI cognitione hoc modo loquentem non ire statum inatum, ideam DEI apud creaturas directam & perfectam dari, obstante ejus non solum summâ perfectione, cui intellectus creatus signum aliquod formale respondens formare non est potis, sed & summa simplicitate id respiciente, unde in divina naturâ ad multiplicationem per differentias velut oppositas naturasq; inferiores, quæ ideæ perfectæ præci-*

quum prærequisitum est, oritur repugnantia; sed tantummodo eo ipso indicare velle in eius cognitione *ideam* (verba sunt sæpius laudati Dn. Eshleri in intell. suæ p. m. 118.) *mentis nostræ cognoscentis esse res creatas, quatenus illud, ens singularissimum, in sese manifestatum menti nostræ præsens sistunt, idq;* sub rerum Creatarum potissimum duplici consideratione, cum sc. considerantur vel 1. respectu *productionis, conservationis, operationis*, ut enim essentiam habent dependentem, ita quoque durationem & operationem. vel 2. *ratione tum perfectionis, quam habent participatam, tum imperfectionis, quam, vel suâ naturâ, vel sua culpâ contraxerunt, & in DEUM nulla ratione cadit, sic ratione perfectionis acceptæ, quia res creatæ certam habent essentiam, proinde concluditur DEUM etiam habere essentiam, sed in summo gradu; quia creatura sese conservare studet in specie & individuo, itaque DEUS erit æternus & immortalis; quia creatura expetit scientiam, piâ & honestam vitam; itaque DEUS erit sapientissimus, optimus & labi nescius; contra vero, quia video creaturam variis infirmitatibus subiectam esse, vel propter particularem essentiæ suæ rationem, aut commissam culpam, aut tandem dependentem sui naturam;*

pro-

propterea statuo DEUM non solum nullis defectibus esse obnoxium, ob essentiae suae, quæ omnes partes eminentiam, sed & ejus loco omnes perfectiones, quæ unquam esse possunt & concipi, eminentissimo quodam modo continere. (γ) *In omni conceptu considerandum esse, quid in formali importet, ita ut generalia generaliter, specialia specialiter apprehendantur, cum, sicut materiales & speciales rationes rei conceptum non ingrediuntur, ita quoque mens nostra abhorreat ab omni confusione; quomodo in adæquato conceptu personæ, prout præscindit à divina & humana, non est inferenda mentio distinctionis essentialis, quæ in persona humana tantum locum obtinet: quamobrem toties cum honore citatus Eisslerus in Intell. f. p. m. 212. ad acquisitionem formalitatis rectam, has quatuor tradidit regulas (α) circa conceptus prædicamentales: *Conceptus prædicamentalis conferatur cum latiori, & distingvatur ab opposito, in quo non radicatur; circa conceptus vero transcendentibus, qui bimembres sunt scilicet, vel ipsius entis, vel ejus affectionum, earumq; vel simplicium vel disjunctarum; illius ergo uti communissimi conceptus hanc exhibuit regulam: (β) conceptus generalissimus entis, cum latiori conferri nequit, quia latius su-**

pra se nullum habet: nec oppositum directum
 agnoscit realiter, quia dari quidpiam non
 potest, in quo conceptus ille non radicatur: ut
 tamen aliquid correspondens formali rationi
 fortitatur, confugiendum est ad illam habitu-
 dinem, quâ respicit ipsum intellectus noster.
 Illarum, hanc: (γ) affectiones entis unite
 referantur ad subjectum & ad rationem, quam
 superaddunt isti subjecto; harum a. sequentem:
 (δ) Conceptus transcendens disjunctus con-
 feratur cum relatione rationis latiori & di-
 stinguatur ab opposito in quo non radicatur,
 quarum regularum exempla, quia prolixiora
 sunt, quàm ut hic transferri queant in autho-
 re videat, C. L. egregie, pro more, ex- & ap-
 plicata, unico solum modo hic observato, ea-
 rum tantum esse usum, ut adeo super illis
 quoque tota transcendentalis disciplina placi-
 de recumbat; proinde (η) ad abstractionem
 rectam formandam s. formalitatem, sequitur
 praterea praequiri accuratam omnium in-
 feriorum cognitionem & considerationem, licet
 non usque ad singula individua, tamen sal-
 tem quoad adequata formalis ratio obtine-
 atur, cum ratio abstracta ab omnibus infe-
 rioribus participetur; quomodo v. g. Princi-
 pium qua tale communi definitione exhibitu-
 rus, non unicè debet illud attendere, quod,

ut naturâ principiato prius, causale dicitur, sed simul considerare, quod tale est absque prioritate naturæ, & non causale vocatur; quale Pater, in divinis, respectu Filii; quam obrem (3) multiplicatis rebus cognoscendis, necessum est conceptus & terminos, cum earum signa sint formalia, aut ampliandos esse, aut pro re nata multiplicandos; unde tot conceptus formales mens, in cognitione entis, expetit, quot realitates in eo deprehendit, itemque in distinctione reali & prædicatione paronymica, tot conceptus terminosque, quot earum modos deprehendit, efflagitat, cuius rei ergo quoque addi solet, vulgatis modis distinctionis realis, distinctio personalis, propter mysterium S. S. Trinitatis, ubi tres realiter distinctas credimus personas in unâ & simplicissima essentia, & prædicationibus paronymicis propter prædicationes personales, in mysterio incarnationis. Ut v. g. DEUS est homo &c. gradus prædicationis paronymicæ mysticus & inusitatus. Et ista sunt Principia præcipua quæ Conv. R. quatenus vera dicitur per apprehensionem exhibet. §. QUARTUS.

Cum autem in Cap. hujus §. 2. antecedenti mentionem quoque fecerim, principiorum à C. R. sub habitu objecti disciplinæ, seu collatiæ veritatis apprehensivæ, reluctantium, ita-

itaque & illa nunc breviter sunt observanda; cum enim tanta sit conceptuum nostrorum varietas, ut infinitatem aliquam prope incurere videantur, proinde Parens natura ad servandam tamen cognitionem in nobis distinctam, benignè nobis prospexit, ut quemadmodum ex consideratione rerum earumque inter se affinitatis animadversione eruimus *P.* cognoscendi *Prima*, ita quoque ex reflexione vicissim super nostros conceptus, & eorum, ab illâ affinitate rerum, ortorum, ad se invicem ordine, respectu ac proportione deprehenderemus quædam noëmata, quæ vocantur *objecta disciplinaria*, sive *subiecta occupationis*, quò reliqua omnia aliquem affinitatis specialem respectum habentia quoque forent reducenda, ut absque confusione omnium in rerum notitiam proveheremur. Unde sequitur: (*α*) *omne scibile ad aliquod disciplinare objectum referri debere* (*β*) *nec tamen omnem statim conceptum, objectum constituere disciplinare*, cum ut plura requiruntur ad objectum quàm conceptum in genere, ita alioquin forent tot disciplinæ constituendæ, quot conceptuum objecta, quod absurdum. Proindeque (*γ*) *illud tantum noëma disciplinae facere objectum, quod ceu reale & in re fundatum* (nam non entis & ficti non sunt affe-

siones, minus aliquod objectum disciplinare) *unum* (est enim ens per se, nam entis per accidens, cujus sc. partes nullum in se habent ordinem ad objectum, non datur scientia) *idque non tantum æquivocè* (nam objectum tenetur esse unum, & (a) ratione sui nempe repræsentando menti certum conceptum, quod in æquivocis non potest fieri, ob divisionem, quæ in illis est, essentiæ, nam in nuda nominali convenientia, substantialem fovent diversitatem, quo ipso & mentem distrahunt, nec è statu indeterminato ad statum determinatum ducere possunt. & (b) ratione partialium objectorum, idque partim *univocè*, ut in disciplinis particularibus, Physica &c. partim *analogicè*, ut in disciplinis transcendentalibus, *Metaphysica, Noologia* &c. quod vicissim ob dictam rationem ab æquivocis exulat) *nec per aggregationem tantum* (nam uti in concretis & aggregatis non est una natura, ita nec unum conceptum, ea qua talia producere possunt; ubi tamen observandum per hoc requisitum non alios terminos complexos, quam sub *aggregationis aptitudine* spectatos ab objecto disciplinari removeri, nam & numerus sonorus objectum *Musice, & linea visiva, Opticæ objectum*, licet *complexa in genere rei*, constituere possunt, cum
suf-

sufficiat *unitas in esse scibilis & ordinis*, licet non sit *unitas in esse actuali*) *commune* (nam disciplina objectum habet totale, reliqui tractatus partialia, scilicet in respectu ad disciplinare objectum) *certis suis Principiis & affectionibus* (sive propriè & strictè sive analogicè sic dictis) *sit prædium aptumque natum speciebus, aut modis contrahentibus* (sive univocis sive analogicis) *limitari neq; ullibi principium, aut attributum, aut modus contrahens, aut species sit.* hoc enim aptum natum est intellectum nostrum objectivè determinatum constituere (*δ*) *omnem disciplinam certum requirere objectum* (sive sit alibi præcognitum, ut circa speciales disciplinas quibus objecta à Metaphysica, regina scientiarum præscribuntur, fieri solet, sive non) cum hoc sit quasi centrum, ad quod omnis alia notio collimat, & ex quo veritas omnium cum Principiorum, tum conclusionum, in aliqua disciplina promanat; (*ε*) *Dato itaque peculiari objecto disciplinari, danda est peculiaris disciplina, & contra: negatâ præsentia peculiari objecti disciplinaris, negatur peculiaris disciplina, alias sic elatum: unitas discipline dependeat ab unitate objecti, quandoquidem ut absurdum est, aliquid sciri posse & tamen in nulla disciplina expendi.*

Ita quoque *temerarium & frustraneum sit disciplinas circa necessitatem multiplicare*, cujus Principii vi Viri Excellentiss. D. D. Calovius, D. Mejerus, & alii, *Gnostologiam, Noologiam, & Pneumaticam*, peculiare disciplinas, contra plurimorum aliorum sententiam, fecerunt; *Technologiam* v. sive *Hexiologiam*, de habitibus scilicet intellectualibus; *Didacticam*, de studio disciplinarum, ejusque fine, mediis & impedimentis &c. peculiare constituere disciplinas negarunt, cum habitus & artes in genere non sint peculiaritatis objecta disciplinaria, sed reducantur ad objectum illud Gnostologiae τὸ γνωστόν, scilicet cognoscibile; proindeque sequitur (?) *disciplinam adaequatè representare debere objectum suum*, listendo illud non tantum in genere, sed etiam in specie, non tantum quàm abstractam ejus rationem, sed & expressiores essentiae modos, in suis affectionibus, attributis, principiis & partibus analogicis; unde disciplina interna definiti solet, per adaequatam objecti sui coram mente representationem, sicut externa, per rerum homogenearum, ad idem summum objectum, revocatarum ordinatam tractationem; (η) *mensuramque disciplinae (intellige adaequationis) objectum esse*, ita ut quicquid ad objectum pertinet, id ad eam disciplinam, cujus id est objectum, fit revocandum

dum, & quicquid non pertinet ad illud, id sit ab ea removendum, aut saltem directè non ad eam referendum, nec per principia talis objecti disciplinæ, nisi per saltum vitiosum in aliud genus, dyadicandum, quomodo illud Physicum: ex nihilo nihil fit, perperam transfertur ad creationem, cum hæc non sit actio Physica; sed cum objectum vel spectetur ut res est, quæ objecti consideratio dicitur materialis, & juxta quam in diversis disciplinis tractari potest, vel ut scibile, quæ formalis audit, quæque æque latè patens est cum disciplina, quam constituit, & ab aliis distinguit, itaque sciendum (§) Disciplinam mensurandam esse, non secundum priorem, sed posteriorem objecti considerationem, hoc est, disciplinam non esse spectandam, juxta extensionem rationis formalis, ut res est absolutè, sed ut objectum est; quæ obrem Metaphysica non descendit ad specialiores essendi rationes, quam quæ comprehenduntur sub formalientis, quatenus ens est.

§. QUINTUS.

Siquidem v. hætenus explicuerim jam Principia Prima C. quæ Con R. sub habitu primarum suarum proprietatum, ex sese fundere potis est, nunc proinde promissi memor ad illorum quoque Principiorum inquisitionem

accingere memet teneor, quæ ex *affinitate* fluunt, sub *amictu affectionum suorum ortarum & disjunctarum*, nempe: vel 1. *prædicamentalitatis*, quâ res convenientes ab determinatam perfectionem, siue compositam sui rationem, rerum creatarum ordini mancipatæ Principia prima gignunt; vel 2. *extrapredicamentalitatis*, quâ res convenientes ob *simplicitatem*, hoc est, generalitatem vel nobilitatem (est n. *simplicitas*, vel *permissivis & indifferentis*, seu *communitatis*, quam termini transcendentes Metaphysici, ab omni imperfectione & compositione liberati, proindeque ad *finitum & infinitum*, *simplicissimum & compositum* applicari apti nati, sibi adscribunt, vel *perfectionis & essentis*, quam spiritus infinitus sibi vendicat) restrictio creaturarum ordini exemptæ, Principia Prima C. fundunt, vel *univocationis*, quâ res vicissim affines sibi invicem, siue *prædicamentales*, siue *extrapredicamentales*, eaque aut *transcendentales*, ut res Metaphysicæ, Noolog. &c. aut *eminentes*, ut: Divinæ, Mysticæ, aut deficientes, ut: conceptus diminutæ quidditatis, aliàs realitates, pluribus æqualiter communicabiles, dicuntur gignere Principia Prima, vel 3. *analogia*, quâ pariter res convenientes, siue *extrapred.* siue *prædicament.* sibi inæqualiter communes, Principia Prima produ-

cere referuntur; Cum enim tanta, in inferioribus, ex quibus communes abstracti sunt conceptus, reperiarur diversitas, ut in applicatione generalium terminorum & conceptuum, ad lapsus eò graviores mens nostra facile præcipitari quæat, quo res, ad quæ ejusmodi applicatio sæpè terminatur, sunt sublimiores, itaque ad evitandos ejusmodi errores necessum est (a) *circa applicationem formalitatum, sedulam adhibendam esse curam, in inquisitione cognationis, qualem nempe res inter sese foveant, annotata imprimis distinctione inter respectus superiorum & inferiorum, item essentia & modorum, (nam, verbi gratia, licet unitas, veritas, & reliquæ affectiones entis, de ente quidem intime participant, id tamen non fit per modum essentialiter inferiorum à suis superioribus, cum horum in illis multiplicatione, siquidem in sensu reali, cum ente identificentur, licet in sensu formali, tanquam variæ ejus conceptibilitates, ab eo distingvantur) idque præcipuè in hoc, an scilicet ea quæ adplicanda sunt, ad ea quibus adplicentur, se habeant univoce? h. e. ut essentiam æqualiter participant, an v. analogice? h. e. ut unum præ altero infinitè perfectiori modo, & posteriùs vicissim in ordine ad prius de communi conceptu participet: (est enim*

enim infinita distantia rerum, fundamentum analogiæ, sicut omnimoda convenientia univocacionis) namque non omnia inferiora conceptuum generalium, quibus subsunt, essentiam, ut modo dixi, æqualiter imbibunt, sed quædam ex æquo & univoce, quædam inæqualiter & analogicè, analogia scilicet attributionis intrinsecæ, (nec enim ea quæ per attributionem extrinsecam talis nominatur, multo minus quæ dicitur proportionis & est nuda æquivocatio, hic attenditur) exque partim cum dependentia unius analogati ab altero, (alias vocata analogia $\alpha\lambda\omicron\gamma\iota\alpha \ \epsilon\upsilon\ \eta\ \epsilon\iota\sigma\tau\omicron\varsigma \ \epsilon\upsilon\delta\omicron\varsigma$, quâ forma denominans omnibus intrinsecæ quidem analogatis dicitur, & inæquali ratione, uni scilicet per prius, alteri per posterius, locum proinde suum habens cum in extrapredicamentibus, tum in attributione entis, in ordine ad DEUM & creaturam, item substantiam & accidens, his scilicet dependenter & per habitudinem ad illa; tum predicamentibus, quomodo amicitia analogâ est ad honestam, utilem & jucundam) partim ultra istam dependentiam, quæ analogia alias singularis & mystica audit, existens inter illa, quæ licet inæqualiter de communi conceptu participant, sic tamen id absque habitudine alterutrius ad invicem, qualem in ge-

neratione, abstractè & universaliter spectata Orthodoxe sentientes statuunt, in ordine ad divinam & humanam, circa inferiorum neutrius ab alterâ dependentiam & habitudinem, siquidem nec univocatio nec æquivocatio ibi locum obtineat; cujus rei ergo (β) Divina ex vii conditione creaturæ non possunt dijudicari, & vicissim, nisi cum veritatis jacturâ & confusionis crimine, propter conditiones rerum utriusq; infinita ratione à se invicem distantium, (intellige distantiam infinitam, non ex infinitate nullius convenientiæ ortam, qualis esse dicitur inter ens & non ens, sed ex infinitate alterius extremi promanantem, quæ parit eminentiam prius explicatam) sic v. g. in generatione, quam in divinis script. sacra docet, non sunt attendendæ conditiones generationis naturalis, quæ mutationem, alterationes, relationem accidentalem, essentias numero distinctas, aliasque ejus generis imbecillitates importat, sed simpliciter solum ipsa formalis ratio generationis, quæ simpliciter communicationem essentiæ, siue ista sit prorsus eadem, siue re diversa, sub respectu, intellige transcendentali, paternitatis & filiationis dicit: siquidem nec (γ) transcendentia & extrapredicamentalia ex conditione rerum predicamentorum sint æstimanda; (δ) nec

imbecillitas, nisi imbecilli, si ut eminentia e-
minentis, veniat attribuenda; modus enim co-
gnoscendi sequitur modum essendi; nec (1) præ-
dicamentalitas super DEUM ferri queat, si-
quidem ut prædicamentalitas, ceu compositio-
nem inferens, tantum competit rebus creatis,
ita quoque cum variis conjuncta est imbecilli-
tatibus, quæ essentiæ Divinæ è diametro repu-
gnant, quia illa non tantum terminis essendi,
verum etiam efficiendi operandique est limitata,
licet quoque importet qualescunque aliquas
perfectiones, ut est: à nihilo elongatio, debi-
taque quidditas, potentia operandi, tamen eæ,
quatenus tales sunt non absolute, sed secundum
quid, eatenus DEO tribui nequeunt; & licet
ingenuè confitear (2) transcendentia ita sese
debere habere, ut & DEO & creaturis appli-
cari queant, cum ratio communis eorum de-
beat esse abstracta, non tantum intuitu eo-
rum, quæ sunt in naturâ, sed etiam eorum,
quæ patefacta sunt in scriptura, non tamen
speciales condiciones in communem conceptum
sunt inferendæ, nec illa se habent ad sua infe-
riora univoce, sed analogicè, idque in divinis
per modum analogiæ, quæ dicitur eminentia,
ubi applicatio duplicem specialem accipit re-
spectum, vel enim fit per attributionem per-
fectionis eminentem, quam principalius ana-
loga-

logatum, si nempe illa perfectio quoque reperiatur in minus principali analogato, requiritur; vel *per remotionem omnis imperfectionis*, quam pariter principalis analogatum in formalitatis applicatione postulat. quapropter (η) *sufficiens applicatio formalitatis ab ullo alio fieri nequit, nisi cui perspectæ sunt res, quibus fieri debet applicatio*, nam sicut non superficialia requiritur notitia C. R. in abstractione, pensi habuit omnibus, à quibus fieri debet, inferioribus, quo sit adæquata, ita in applicatione eadem pariter desideratur, cum inferiorum consideratione, quibus fiet, ne contra rerum naturam appareat facta, unde (ζ) *effatum: applicatio ex natura termini facta, dirigit omnem discursum accuratum, quamobrem nec mirum est Aristotelem, cæteroque Philosophorum facile coryphæum circa applicationem formalitatum transcendentalium sæpius in varios abreptum esse errores, siquidem homo Ethnicus licet altero oculo in res in natura repræsentatas egregiè intentus fuerit, altero tamen, quo res in sacra pagina revelatas intueretur, plane fuerit destitutus.*

S. Sextus.

Hisce jam pro modulo ingenii & virium prælibatis, quæ ad Primorum P. explicationem penes naturam suam communio-

spectare visa fuisse, jam jam lex propositæ brevi-
 tatis videtur injungere mihi qualemcunq; eorū-
 dem quoq; Princ. Primorum enodationem *pe-
 nes expressiores suos essendi modos*, quibus con-
 trahuntur secundum diversitatem *materie circa
 quam, & finis ad Theoretica, Practica, & Orga-
 nica*. Enimvero Principia Prima C. spectantur,
 vel *fundamentaliter* in ipsis rebus, ac earundem
 Conv. ex quâ proximè deducuntur, vel *habi-
 tudinaliter* ad intellectum apprehendentem eas;
priori modo differunt *materia*, dum alia fun-
 dantur in *rebus necessariis*, alia *contingentibus*,
 alia in *utrisque*; *posteriori modo* dileri-
 minantur *sine*, quædam enim determinant in-
 tellectum ad nudam objecti contemplationem;
 suntque *rerum necessariarum*, & dicuntur
Theoretica; quædam in intellectu non ter-
 minantur, sed, cum sint rerum agibilium,
 ad aliud extenduntur, scilicet appetitum quem,
 dirigunt, & vocantur *practica*, quædam in
 intellectu quidem terminantur, sed *actu re-
 flexo* dirigunt eundem, ad facile cognoscen-
 dum objecta quæcunq; fundamentum, tam
 in rebus necessariis, quàm in contingentibus,
 habentia, quæ proinde Principiorum *organi-
 corum* nomine veniunt; Principia ergo illa
 quæ dicuntur *Theoretica*, sive ea, quæ ex *accu-
 rata veritatis rerum necessariarum animade-*

versione nata, intellectum nostrum in exquisita rerum non operabilium contemplatione, primo juvant, adeo ut conclusiones omnes Theoreticas super ea habeat apud se fundatas, ex sententia Excellentiss. D. Calovii præcipue sunt sequentia: (α) *mensura speculationis sunt res necessariae*, quemadmodum enim quodvis noëma nostrum à rebus objectis, quas referre gestit, suam habet mensuram, sic etiam speculatio ita exigenda est ad res necessarias; ut, nisi cum iis conformitatem habeat, pro verà non sit censenda. (β) *inter entia necessaria, unum erit quod summum necessitatis obtinet gradum*, nempe DEUS, nisi progressum in infinitum, à quo & natura & mens nostra abhorret, admittere velimus. (γ) *fundamentum veritatis speculative est advertentia relationis*, quâ quælibet res ad intellectum divinum refertur, sicut enim *rei veritas est convenientia cum intellectu Divino*, ita quoque istius convenientiæ observatio est genetrix Principiorum Primorum Theoreticorum. proinde (δ) *cum res necessariæ quælibet sui ordinis inter se conferendæ sunt, accuratâ juxta opus est reflexione super habitudinem*, quam reliquæ res (sive sint è classe substantiarum sive accidentium, inter quæ tamen primariò *quantitas & qualitas*, reliqua secundariò sub

theo-

theoriam cadunt) *obtinere ad ens summè necessarium*, idque tanto magis in transcendentali disciplinâ, quò eam communior esse oportet; siquidem autem nulla cognitio fieri potest sine abstractione, itaque (ε) *Eam tanto accuratior in contemplatione & speculatione rerum requiri facile patet, quanto majorem à x̄p̄. C̄ciav in consideratione rerum ab intellectu & voluntate nostra non dependentium, à quibus fit abstractio speculativa, omnes agnoverunt saniores Philosophi adhibendam esse, præ iis, quæ à nostro dependent arbitrio; quamvis enim in his propter prærequisitam γνῶσις quoque observanda veniat abstractio à singulari subiecto, servato universali, tamen eadem accurata non est ac illæ, quæ in Theoreticis occurrunt disciplinis, quæ sunt partim secundum rem & essentiam, ut, in Pneumatica, scilicet ab iis rebus, quæ ceu materiam plane non suppositam respuunt, ita quoque immateriales sibi tantum vendicant conceptus; partim secundum rationem, ut in Metaphysicâ, à rebus tam materialibus, quam immaterialibus, quibus termini transcendentes indifferenter communes esse concipiuntur; in Physica à rebus solum materialis, non tamen individuantibus; in Mathematici à materia non solum idividuâ & singulari, sed universali et-*

iam & sensibili, quam proinde duplicem faciunt Auctores, nempe vel *Geometricam*, quæ abstrahit à materia sensibili, sed non materiâ intelligibili; vel *Arithmetica*, quæ abstrahit à materia sensibili & intelligibili simul, de quibus videantur Gaustoli: (§) *Conceptus à rebus speculativis formatus, in se intellectu subsistat, quem intensivè perficiat*, nam sicut cognitio speculativa per se, non extendit se ad praxin, secus quam cognitio rerum contingentium facit, à quâ eo ipso discriminata est, ita in nuda solum objecti sui coram mente repræsentatione, indeque animæ propullulante intensivâ perfectione subsidet.

(¶) *Discipline Theoreticæ constituuntur & distinguuntur objectis*; enimvero licet in confesso sit, ut superius annotavi, omnem disciplinam, sive Theoreticam, sive Practicam, intuitu sui objecti constitutum & discriminatum iri, cum tamen in constitutione disciplinarum Practicarum, præcipuè quoque reflexio fiat super finem, per certa media introducendum, itaque ejus loco in theoreticis disciplinis objectum præprimis absolvit, & *discrimen eorum, & basin*; quorum posterius hæc tria juxta involvit requisita. 1. *Sustentationem eorum, quæ ei superstruuntur*, nihil enim in scientiâ attenditur, nisi objecti cognitio. 2. *Solida*

ditatem, siquidem res ipsæ, quæ in scientiis traduntur, debeant esse constitutæ ad regulam immotæ divinæ veritatis. 3. *Adæqvationem*, cum nil sub scientia comprehendi queat, ad quod objectum extendi non possit.

§. SEPTIMUS.

Cum ergo §. præcedens, Principia quæ C. R. *Theoretica*, ex accurata animadversione veritatis rerum necessariorum, ex sese fundit, jam jam qualitercunque docuerit, proinde ordine nunc succedunt enucleanda breviter etiam Principia illa, quæ ex accuratâ *bonitatis rerum agibilium inter sese collatarum animadversione enata*, conclusionibus omnibus practi-
tis, quibus actiones morales inveniuntur, fundamentum præbent ultimum, cæteroquin practica dicta, vocabulo *πραξις* adæqvate sumpto, prout includit, & *πραξις* specialiter sumptam, & *πῆσις*, siquidem ambo, licet in eo differentes, quod *πραξις* sit *ἐνέργεια*, quæ per se non refertur ad opus aliquod, *πῆσις* autem *ἐπέχεια*, quam *ἔργον* consequitur, in eo convenientiam tamen referant, quod sint *functiones per habitum & intellectum practicum directæ*, quorum tamen posterioris Principia sigillatim attendere animus nunc non est, si-
qui-

quidem (teste Clariff. Gutkio circa finem c. 6. part. Special. Intellig.) *ex practicis facile dijudicari queant, & accommodari ad ordinem reipublicæ; artifex enim bonus est civis, cum assimilat effectum illi rei, cujus gratia ars inventa est, & cum honestè vivit.* Enimvero sicut ex accurata rerum, sub bonitatis statu, consideratione; primò patet, ens quoddam *per essentiam*, adeo *simpliciter esse bonum*, ut ceu plane est expers omnis mali, nec unquam esse possit nisi bonum, reliqua vero esse *bona per participationem, secundum quid & contingenter*, vel *mirabiliter*, siquidem malitiæ & pravitati possunt obnoxia esse, (nec enim hic *bonitas* spectatur *transcendentaliter*, quatenus *affectio est entis unita & inseparabilis*, sed *moraliter*, prout oppositam habet malitiam, in Practicis, actionibus humanis adhærens, quatenus hæc cum regula congruunt, vel minus) ita quoque ex eorundem *diversa collatione*, sub eodem *bonitatis statu*, scilicet, vel quatenus conferuntur ea, quæ bonitate gaudent *per participationem*, cum *bono per essentiam*, vel *inter se*, vel quatenus *ab iis omnibus communis notio abstrahitur*, vel *in respectu ad appetitum nostrum*, diversa quoque oriuntur Principia, normantia actiones & mores hominum, ad honestatis regulam (nec enim entia *moralia*,

definiente illust: Bar. Puf. in sua J. P. U. p.
 m. 3, sunt aliud, quàm modi quidam, perso-
 nis & motibus Physicis, rebusque superaddi-
 ti, ab entibus intelligentibus, per quorum
 determinationem, existentiam etiam suam,
 nanciscuntur, ad dirigendam potissimum &
 attemperandam libertatem actuum hominis vo-
 luntariorum, & ad ordinem aliquem ac de-
 corem vitæ humanæ conciliandum) quæ sunt
 potissimum sequentia 1. Ex generali boni no-
 tione abstracta resultantia; (α) fundamen-
 tum omnis boni est voluntas divina, siqui-
 dem & bonitas abstractè spectata, consistit in
 congruentia cum voluntate Divina, (β) res
 contingentes sunt mensura $\omega\epsilon\gamma\zeta\eta\theta\iota$, sicut e-
 nim contemplatio à rebus necessariis dependet,
 ita praxis à contingentibus: quæ tamen contin-
 gentia intelligenda venit, ratione potius existen-
 tiæ & operationis nostræ; nam si spectentur,
 vel ratione essentiæ, vel normæ, vel bonitatis,
 nec infirmam omnino obtinent necessitatem,
 siquidem nec Divina voluntas, quæ eorum est
 norma, aliter esse potest. Nec actio est bona, ex
 nostro solum arbitrio, nec contingentia est in-
 certitudine Juris & Legum, quæ talium, cum
 eo ipso quo leges sunt, requirant sibi ab ho-
 minibus conformitatem actionum moralium.
 (γ) omne bonum est conservativum sui, bonum
 enim

enim & esse reciprocantur, licet non in *ratione formali*, tamen in *ratione suppositi*, & *reali*, nam ubi est bonitas, ibi necessario erit essentia, & vice versa, quare nullum est ens, quod propendeat sua natura in *non esse*, propter implicatam repugnantiam; à quo etiam proinde *jus & favor necessitatis in Jure Natura* præcipuè originem ducit. (S) *Omne bonum est communicativum & diffusivum sui* (intellige aut *actus* aut *potentia*) enimvero sicut summè bonum sese communicat pro *capacitate recipientium* (nam ad intra, suæ essentia scilicet infinitate creaturis sese communicare repugnat creaturarum conditioni finita) ita etiam eadem gaudent indole, bonitate participata ditata, ut sese communicare gestiant, siquidem bonitas quam acceperunt, *imago* quædam quasi *summa illius bonitatis* est. Quæ 2. *fluunt ex naturali propensione appetitus ad bonum sibi conveniens*, sunt hæc: *omnia appetunt bonum sibi conveniens*; ut enim verum objectum est facultatis cognoscentis, ita bonum appetentis, quod *bonum* non modo *absentia*, sed & *presentia*, vel *complacentia*, non solum *independens*, verum etiam *dependens*, non tantum *verum*, sed & *quosdamque existimatum* esse potest; quod tamen de summè bono decipi nescio non est intelligendum, licet

de creatura, quæ ut capi potest a nobilitate
 objecti, ita decipi ab externo, propter perfe-
 ctionis finitatem. Ex hoc axioma sequitur
 (β) *bonum unice esse appetendum & facien-
 dum, malum v. (intellige culpæ) ex diverso
 temper fugiendum; cui & consequenter illud
 conjunctum est. (γ) non sunt facienda ma-
 la, ut inde eveniant bona, si enim nulla ratio-
 ne mala committere licitum est, nec sub inten-
 tione boni licita fieri possunt.* 3. *Ex collatio-
 ne boni per essentiam, cum bono per parti-
 cipationem hæc emanant (α) à DEO, ut sum-
 mè bono, nullum malum, scilicet culpæ, quod
 idem est ac peccatum, proficisci potest, propter
 sui perfectionem, ut enim Impossibile est idem
 simul esse & non esse, ita quoque impossibile
 perfectissimum in omni bono aliquem bonita-
 tis suæ agnoscere defectum, cujus axiomatis
 veritatem præ Calvinianis illis blasphemè
 DEUM accusantibus quod causa sit peccati, vel
 ethnici lumine destituti revelato agnoverunt,
 ut Euripides in hac aurea sua sententia:
 Θεοὶ ἢ οὐ εἰσὶ Θεοὶ, εἰ κακίῃσι δρῶσι. Dii esse
 Dii cessant, mali si quid postrant. (β) sum-
 mum bonum, scilicet DEUS, est solutum legi-
 bus, namque ut lex involvit obligationem,
 obligatio & potestatem superioris, quâ malum
 quis queat representare contrariantibus, &*

causas quasdam, propter quas quis possit postulare alterius voluntatis circumscriptionem pro suo nutu, unde oritur metus cum reverentia temperatus, ita legis subjectionem DEO imponere, est summam ejus destruere potestatem & eminentiam, quamobrem si quid mortalibus promissit DEUS (verba sunt Illust: Baronis Pufendorf. in J. N. & G. p. m. 164) *id servat, non quod istis ex promisso jus adversus DEUM quæsitum sit, sed quia magnitudine & bonitate ejus indignum foret, jubere aliquem frustra quid ab ipso sperare, qui enim quid promissum non servat, is, vel facultate præstandi deficitur, vel ex levitate, aut malitiâ benè conceptum propositum post deserit, vel tempore promissi facti, conditionem rerum, quæ, tempore præstandi promissi est, ignoravit; quæ omnia cum imperfectione sunt conjuncta, unde sicut promissa sua homo non debet non servare, quia promissum humanum cadit in debitum, ita non potest non DEUS iisdem stare, ex mera tamen gratia, quia semper sunt gratuita. (γ) DEUS summo coque divino honore colendus, parique amore & observantiâ prosequendus, sicut enim honor & observantiâ comitatur virtutem & potestatem, ita amor nobilitatem, quæ ut longè summum obtinent in DEO*
 gra-

gradum, ita quoque ab hominibus in summo gradu observari debent. Hinc egregia illa gentilium de cultu & amore divino effata, quæ quoque illud *Pietati*: *πέλειμεν σέ & τὸ θεῖον.* & *Catonis*:

*Si Deus est animus nobis, ut carmina dicunt,
Hic tibi præcipuè sit pura mente colendus.*

Conferantur & inter alia aliorum de pietate insignia dictoria, quæ *Epicletus* in libri sui 4. c. 10. de eadem virtute egregiè profert; sic & *Cic.* l. 2. de natura Deorum: *cultus Deorum, inquit, is est optimus, idemque sanctissimus pietatis, ut Deos semper, purâ, integrâ, incorruptâ, & voce, & mente, veneremus*; vi ergo hujus principii idololatræ gentiles redduntur ἀναπλόγησι, ut loquitur *Paulus Rom.* l. 20. peccando scilicet in τὰς κοινὰς ἐνοίας, ex hoc quoque *I. Ποσειδωνίου* sequitur (δ) *Divinis mandatis magis quam humanis esse obtemperandum*, sicut enim excellentior cultus & honor DEO quam hominibus tribuendus est, ita quoque majus obsequium, præsertim ubi hi requirant aliud quam DEUS super omnia honorandus, siquidem obsequium dependeat à cultu, veneratione & metu, nec consistere queat honor sine debito obsequio. (ε) *veræ probitati, h. e. pietati & sanctitati studendum*, quemadmodum

enim creatura imaginem quandam præ se ferre debet Creatoris, ceu sui exemplaris, itaque quoque id tanto magis fieri oportet in bonitate, quò ea in DEO præstantior est affectio, unde Plato, *pietatem apud homines summam virtutem esse docuit, quæ erga DEUM est, eaque nos sanctos esse, & beatitudinem illam consequi, ut DEO similes reddamur, quæ quoque sententia erat cæterorum & schola Pythagorica promanantium sectarum.* 4. *ex collatione boni per participationem, aut æqualis cum inæquali, aut minoris & vilioris, cum majori & præstantiori, fluunt sequentia: (a) honestas sit norma aditantis, sive honestè vivendum, nam sicut benignè præ reliquis animantibus Creator O. M. nos instruxit animà juris intelligente & in diversa flexibili, ita haudquaquam credendum nos frustra tot dotibus instructos, aut, ceu inutilis terra pondera, ad fruges tantum consumendas natos esse, quin potius eò magis existimandum decorem & ordinem atque honestatem nobis debere cordi esse, quò major inde explendescit & Creatoris gloria, & salus nostri atque totius hujus universi, sive, ut nonnemo, civitatis magni, cui omnes homines universalis cujusdam amoris vinculo adstricti sumus; (β) Proximus noster pari nobiscum amore profequen-*

quendus, sicut enim nostri conservationem & perfectionem nonquam in dubium, ne dicam in perpetuam oblivionem, venire nostra sunt *Φιλανθία*, ita quoque propter æqualem & mutuam bonitatis participationem, quæ nobiscum proximo nostro intercedit, imo indigentiam totius generis humani, aliàs nonquam permanfuri, nisi mutuis juncti essemus officiorum & obligationum vinculis, perfectio ac conservatio proximi juxta nostrimet ipsius nobis cordi erit. Unde sequitur: (γ) *neminem esse lædendum: sive quod tibi non vis fieri alteri ne feceris*; quemadmodum enim omnes homines æqualis sunt sortis ac conditionis, non solum quæ ortum, progressum, constitutionem & finem, sed & quæ communis juris observantiam, ita quoque ad conservationem eorum, quæ ad societatem cum aliis sui similibus ineundam faciunt à Creatore destinati sunt, non ut mutuis læsionibus sese invicem infestarent & attererent, pejus quam belluæ irrationales, sed ut necessitatibus suis invicem subsidium & auxilium præberent, nec cuiquam alii in rebus communibus aliquid derogarent, aut sibi tribuerent, nisi peculiare jus in illud quæsitum singulariter haberent, cujus vicissim confectarium est: (δ) *suum cuique tribuendum esse, bonum videl. si in statu bonitatis permanens existe-*

titerit, sin vero statum bonitatis deseruerit,
 ipsi itidem tribuendum, quod illius actionibus
 respondet: proinde (1) boni præmiss, mali ve-
 ro penis afficiendi. (2) honestum præfere-
 dum est utili, præstantior enim est honestas
 quam utilitas, illud vero quod præstantius est
 minus præstanti, cæteris partibus, anteponen-
 dum esse ratio dicitur. (3) Publica privatis
 anteponenda, salus enim multorum, præstat
 salutem singulorum; proindeque (4) Omnia
 referenda sunt ad salutem Republicæ. (5) Re-
 verentia superioribus exhibenda, præcipue vero
 parentibus & magistratui, siquidem, præter-
 quam quod excellentiam reverentia comita-
 tur, etiam summo honore, proximè scilicet ad
 DEUM prosequendi sunt, illi quidem, quia
 vitam nobis dederunt, hi verò quia ean-
 dem conservant. Cum autem res ex quibus hæc
 deducta sunt Principia dicantur contingentes,
 quia à nostro dependent arbitrio, quod præcipue
 de respectu ad intelligendum finem, itaq; sequitur
 præterea etiam hoc Principium sc. Prædicarum
 disciplinarum basin esse finem; nam ut in Theore-
 ticis intenditur objecti cognitio, ita in Prædicis
 ἐπέγνια, unde sola mediocum cognitio (vide-
 licet quæ ad finem obtinendum faciunt, eaq; è
 natura finis æstimata) absolvere solet discipli-
 nam Prædicam; Præcognita vero absolvit finis

per certa media introducendus, cum subiecto, cui finis applicari debet, quoniam sine eo finis debito modo præcognosci nequit; ubi sciendum, *artes pro fine secundum quid ultimatio præcipue utilitatem agnoscere*, succurrit enim indigentia humana inventioni artium, & ut honestas magis in actionibus, ita in effectibus magis utilitas resplendet, solent vero alii (inter quos præcipuus est Clariss: Guikius) ad dicta P. Practica adhuc alia revocare *theoremata*, qualia sunt: *Datur necessariorum unum, quod summum, & optimum bonum est. Quicquid est à DEO, id valdè bonum est. Omne positivum est à DEO. DEUS sibi ipsi non contradicit in revelatione & creatione. DEUS res à se conditas sustentat. Potentia DEI nulla ratione restringenda est. DEUS mentiri nunquam nequit. Nullam abiectam conditionem DEO Optimo tribuere licet. Creatura sibi relicta interit & à sua bonitate deficit &c. Item hæc (emanantia sc. Ex collatione boni per participationem cum bono per essentiam, quatenus illud in statu corrupto spectatur, vel prout sibi relinquitur, vel prout à Spirit. S. dirigitur) Creatura à DEO aversa, nulla ratione viam & modum invenire potest, quo DEO satisfaciat. Electi sumus in Christo &c.* quorum tamen priora Excell. D. D. Calov. in sua Noologia

logix p. m. 98. ceu *theoremata Theoretica*, hinc removenda *censet*, quia ut hic non spectatur *convenientia rerum omnium*, sed tantum *contingentium*, eaque non in statu bonitatis *transcendentalis*, sed *moralis*, ita quoque *Conv. R.* hoc modo hic considerata, ex ejus mente, ad *Principia* quoque *Theoretica*, non sine confusione summa, extendi potest; Nec meliori jure censet citato loco *posteriora* hic locum habere, cum, sicut ex *sola revelatione Divina* sunt petita, ita quoque ex *affinitate R.* quæ hic unice attendenda animadverti nequeant.

§. OCTAVUS.

Recensitis huc usque, & quâ fieri potuit brevitate explicatis Principiis etiam Practicis, ultimo jam restant breviter quoque enodanda ea Principia, quæ ex *advertentia proportionis omnium rerum*, in ordine ad intellectum nostrum, mens nostra derivat, tanquam *facientia*, ad *directionem sui organicam*, in apprehensione objectorum *facilitandâ*, cæteroquin *instrumentalia* & *organica* dicta, cum utilitatem non adeo propriam & in se terminatam, quam alienam, ad quam serviunt, concernant; Enimverò, aut respiciunt *orationem dirigendam*, ut scilicet loquatur, aut *recte*, quod faciunt Principia Grammatica; aut ut

ornatè & peritè dicatur, sive oratione prosa,
 cui conducunt Principia Rhetorica; sive *ligata*,
 cui conferunt Principia Poëtica; aut etiàm
 relationem habent ad *ratonem normandam*,
 quò feliciter & facilius objecti cuiusq; naturam
 scrutetur & intelligat, qvalia sunt Principia
 Logica dirigentia actus omnes tres mentis, h. e.
simplicem scilicet terminorum perceptionem,
compositionem, divisionem & subsequens iudicium,
cum illativum, cum ordinativum; Cum
 ergo solum propter usum sint adinventa, sive
 ad tollendam difficultatem circa objecta men-
 tis. Itaque sequitur (a) *Conclusionum secundo*
notionalium (ex earum enim Convenientiæ
 advertentia hæc deducuntur, quæ illa quoque
 ultimo fondant) *mensuram, esse faciliorem res*
rum apprehensionem, (nam illæ his, non vero
 hæ illis conformandæ, quia illæ præsupponunt
 in his tanquam sui normam, non repugnan-
 tiam obedientialem) ita ut quò magis facili-
 tant eandem, eò sint meliores; Cumque ejus-
 modi finis, sine debita proportione, tam respec-
 tu objecti, quam Intellectus, & difficultatis tol-
 lendæ, obtineri non queat, non solum itaque
 (b) *requiritur in notionibus secundis adæqua-*
tio & sufficientia ad rei difficultatem tollen-
 L dam

dam, si non semper quoad æqualem perfecti-
onem, tamen quoad carentiam falsitatis, sed
& (γ) *cautela accurata opus est, ne termini
reales, sive notiones primæ confundantur cum
notionibus secundis, sive intentionalibus, quia
sunt conceptus specie distincti, nec hæ vicissim
inter se commisceantur (prout faciunt Calvi-
niani tropum quoq; Logicum comminiscentes,
perinde ac quis diceret, tropum esse triangula-
rem)* siquidem quælibet notio secunda dicat
propriam & diversam conceptibilitatem; unde
(δ) *Notiones secundæ, rebus creatis ac vul-
garibus competentes, non torquenda sunt ad
res transcendentales & mysticas; quo ipso ta-
men (ϵ) non repugnat unam intentionem se-
cundam fundari in aliâ,* præcipuè cum scili-
cet intentio secunda denominata habet se ma-
terialiter, denominans formaliter. De ceteris
vero specialioribus axiomatibus organicis, par-
tim objecti universalitas & Primitas, partim
injuncta mihi brevitatis, ne scil. ultra metam hic
exerescat labor, ulterioris disputationis filum
præscindit; proinde hic subsisto, tuam Cand. L.
quo par est honoris titulo, jam jam implorans
humanitatem, ne sc. ea, tuâ dedigneris venia &
favore, quæ super materia hac nobilissima & ve-
rè

rè sublimi, si unquam alia nobilitatis & sublimitatis titulis decoranda, ingenii mei ruditas, in summa festinatione, non ut debuit, sed ut potuit, depromsit.

SOLI interim DEO sit LAUS & GLORIA
in nunquam terminanda Secula!

Ad Eruditum Discursum

De PRINCIPIS PRIMIS,
Juvenis,

*Politiori Literatura, non minus quàm vita
Integritate cum primis commendabilis,*

DN. SIGFRIDI BRUMERI,
Sincera fide & fida sinceritate amici
conjunctissimi.

Omnia quæ vasti comprehendunt æquora
mundi,

*Quæ mare, quæ tellus, sydera quæque tenent,
Ceu pro muneribus merito tolluntur ad astra,*

*Sic quoq; stat mentis dotibus, amplius honos.
Inter quas primas retinent sibi cognita primò,*

*Quæque Heliconiadum semina docta cluent,
Quos juvat in rerum tectos penetrare recessus,*

*Ac benè perceptis congrua signa dare.
Et juvat errorum vario defungier æstu,*

Quem toties hominum pectora nigra parant,

Pa-

Scilicet id refert didicisse fideliter artem,
 Quam tua depingit pagina docta satis.
 Pagina, quam decus eximiū sine morte manebit:
 Omnibus in castis artibus egregiam.
 Gratulor ergo tibi ingenii tam pignora pulcra,
 BRUMERE Aonidum Thespiadumque decus
 Gratulor & sacris Te tam studuisse Camanis,
 Que Tibi pro meritis premia digna da-
 bunt.

animo, quam Camana promptiori
 deproperatum a

GUSTAVO BRODZENIO.

